

in tempore non petitam, quoties tempus est limitatum pro investitura terminatione, ex deductis per Mantico de tacit. lib. 22. tit. 23. nu. 15. Greg. dec. 348. dec. 215. nu. 1. & 2. part. 1. rec. Bonon. bonorum emphyteuticorum 30. Aprilis 1649. Celfo inter suas dec. 62. n. 5. & in aliis.

Difficultas cessabat in radice, quoniam juxta distinctionem, de qua in Bonon. bonorum de Campegiis hoc eod. tit. disc. 53. Greg. & Adde. d. dec. 348. in fin. dec. 438. p. 1. rec. Duran. dec. 402. n. 7. 243. n. 8. p. 10. rec. ad dec. Celfi in fin. & in aliis, id procedit, quando tempus adjectum est gratia terminande concessionis, quae prout in substantia sit ad tempus determinatum, secus autem ubi esset perpetua, sive ad certas generationes, cum obligatione petendi renovationem singulis quibusque temporibus, quoniam tunc haec renovatio non importat suscitationem, seu hanc continuationem investiturae jam terminate, sed solum illa durante quamdam dominii cautelam ad meliorem dominii probationem, sive ob utilitatem emolumentorum, quae pro hujusmodi renovationibus solvi solent, & in quibus magis, quam in canonibus, seu annuis prestationibus, Ecclesiarum utilitas consistere solet, ut latius in dicta Bonon. de Campegiis, disc. 53.

Demum objiciebatur de praescriptione juris petendi renovationem, sitae lapsu annor. 40. & ultra, quod haec bona in diversam lineam transferantur, sed pariter hoc obiectum nullius ponderis erat, quoniam ultra quod hoc jus petendi renovationem, quoties a domino alteri facta est concessio, non restringitur ad annum & diem, sed durat spatio annor. 30. ut dec. 46. num. 36. & dec. 143. part. 10. rec. Adhuc difficultas cessabat ex facto, dum actrix non veniebat jure renovationis investiturae finite ob aequitate derivatam a d. l. i. ff. de aqua quod. & aestiva, sed veniebat jure vocationis ex investitura adacta durante, ad quem effectum, sive dominus concessisset alteri, sive non, requiritur longissima praescriptio, cujus praxis nunquam, vel nimium raro in foro cernitur, quoniam ex hodie in foro recepta opinione etiam adversus opinionem longissimi temporis 30. vel 40. annor. datur restitutio in integrum ratione justae ignorantiae, ex clausula generali, si qua mihi, ex copiosis collectis per Adde. ad dec. 3. p. 3. rec. ubi etiam dictum longissimum tempus effluxisset sub aetate majori, subducta aetate pupillari & minori non computanda; Et clarus in hac facti specie ob piam apertam actionem, seu vocationem, nisi de recenti, cum Joannes Catharinae pater vixisset usque ad annum 1633. usque ad quod tempus ipsa nullam habebat actionem cum sue vocationis casus adhuc non venisset, unde propterea intrat vulgaris regula texti, in l. fin. Cod. de annali praescript. quod non valenti agere non currit praescriptio.

EUGUBINA, SEU FANEN. RENOVATIONIS PRO ABBATE, ET MONASTERO S. PATERNIA NI FANEN.

CUM DOMINICO BALLEONO.

Casus decisus per Rotam pro Dominico.

An pro renovatione de necessitate concedenda per Ecclesias in aliquibus decedentibus Status Urbini augeri possit laudemium, Et ad quam rationem istud debetur.

S U M M A R I U M.

- 1 De indulto Urb. VIII. concessio in Statu Urbini super necessaria renovatione, & de ejus ratione.
2 Casus controversus.
3 Ubi renovatio debetur, intelligitur cum eisdem conditionibus ab alio oblati.
4 Resolutio Rota super quantitate laudemii solvendi.
5 Distinctionum species laudemiorum.
6 Derivatione resolutionis, quae magis probabilis videtur.
7 Declaratur conclusio, de qua num. 3.

D I S C. V.

Considerans Urb. VIII. rationem, sapienter hoc titulo, & in altero de feudis deductam, quod bona emphyteutica per Ecclesias concedi solita, praesertim in Lombardia, Emilia, Statu Urbini, & aliquibus aliis Italiae provinciis, aeterna eorum natura erant de dominio privatorum, atque ab istis voluntarie data Ecclesiis pro quadam protectione, seu securitate confiscationibus, aliisque infortuniis, quae retro actis bellis saeculis frequenter praeterebantur, ita

tamen quod eisdem privatis, sub quadam modica recognitione concederentur. Atque expertus indilcretae iurisdictionis propositiones, ut renovatio expirata concessione, concedi debeat ultimis deficientibus proximioribus, quatenus tamen Ecclesia nolit pro se retinere, unde propterea Ecclesiarum Praelati & Rectores, majoris redditus studio, d. propositionem frequenter praedicare fidentes, paulatim locorum habitatores fere omnibus bonis spoliantes, ita ut commercium exulare cogeretur, ut constat ex decisionibus editis in causa Forsempron. coram Rojas inter suas dec. 96. 132. & 151.

Idcirco de iustitia, ac aequitate summa ratione, sequendo vestigia praedecessorum, praesertim Bonifacii in Lombardia, hoc idem de anno 1642. concessit pluribus dicti Status Urbini diocesis, praesertim Eugubinae, ut scilicet expirata concessione, factoque casu devolutionis bonorum emphyteuticorum, Ecclesiae non possint pro se ea retinere, sed de necessitate debent alii concedere, proximioribus scilicet, vel haeredibus ultimi morientis, quatenus adsint juxta aequitatem originaliter attributam glof. & Barol. in l. i. ff. de aqua quod. & aestiva, a natura emphyteutis regulandam, & in istorum defectum aliis sibi bene visis pro consueto canone, qui moderatè augeri possit, ita tamen, quod non excedat fructuum quinquagesimam, nisi de praeterito solitum esse in majori quantitate praestari, solutoque laudemio de jure, seu consuetudine, aut conventione debuit, ut liquet ex dicto motu proprio impresso post dec. 7. apud Patell. in expedit. seu decision. Urbini.

Cum autem de anno 1645. per obitum Catharinae de Bellincominibus absque prole, scripto haerede Dominico Balleono viro, devoluta essent quadam bona emphyteutica ad Monasterium S. Paterniani Fanenti, atque itante necessitate ex dicta Urbani Constitutione aliis concedendis, Monasterium illa concessio Marioto de Mariottis, Monasterii Advocato ad tertiam generationem, pro consueto canone, cum solutione laudemii in summa laetorum 500. Post aliquos annos insurrexit praefatus Dominicus, Catharinae ultimi morientis haeres, praetendens sibi dictam renovationem debitam esse, proe introducta lite in Rota pro eo in exclusionem Mariotti resolutum fuit sub die 20. Aprilis 1654. coram Celfo, ut liquet ex decisione desuper extensa impressa apud Patell. dec. 6. & inter illas eisdem Celfi dec. 192. quae in hoc puncto necessariae renovationis, in sequentibus controversis, tamquam magistralis circumferri solita est.

Sopita dicta controversia, exorta est altera inter dictum Balleonem in renovatione ut supra antea dictum, & ipsum Monasterium super quantitate laudemii, assumptaque disputatione coram eodem Celfo, pro quanto laudemio renovatio facienda sit; Ex parte Monasterii, Ego & ceteri Scribentes dicebamus, dictum Urbani indultum, de duobus tantum praecipue disponere, de necessaria scilicet renovatione concedenda proximioribus, vel haeredibus ultimi deficientis, & in istorum defectum aliis, ita ut Ecclesia nec pro se retinere, nec aliis gratificari valeat, & de canone non augendo ultra quinquagesimam, super laudemio autem nihil disponere, sed tantum loqui relative ad juris dispositionem, vel consuetudinem, seu conventionem; Unde cum de jure nulli carum habeatur quantum hoc laudemium esse debeat, neque ex altera parte deceret de consuetudine taxam aliquam indacere; Hinc proinde remanebat casus conventionis a dicto motu proprio expresse praeservatus, cum nihilominus fuissent illi esse omisium, ut cessante legis dispositione intrer convenit initia cum Mariotto, juxta quam solutio facienda erat.

Quia obligatio domini de renovando, intelligitur cum eisdem legibus & conditionibus, cum quibus alium invenit emphyteutam, neque tenetur diminutionem pati, nisi lex, vel consuetudo resistat, seu alia melioramentorum ratio possit, Ripa in l. 1. num. 13. ff. de privil. cred. Alex. cons. 9. n. 2. lib. 3. Gabr. de jur. emphy. concl. 1. nu. 28. Honded. cons. 51. n. 59. lib. 1. Gratian. discept. 88. & 813. utrobique n. 36. & 913. num. 11. Seraph. dec. 610. nu. 11. & 630. nu. 4. Rot. dec. 201. num. 32. part. 7. rec. & habetur in Theatinae renovationis hoc eod. tit. disc. 12.

His non obstantibus, proposita causa sub die 4. Mali 1657. resolutum fuit, tam quoad canonem quam quoad laudemium non posse excedi quinquagesimam, ex eo fundamentum, quod quoad canones dispositio indulti est praecipua inducens praesertim necessitatem, & quoad laudemium pro cedendo cum taxa text. in l. fin. c. de jur. emphy. ubi DD. de quibus Gratian. discept. 180. nu. 1. & seqq. Franch. dec. 201. nu. 1. & 2. Majoris vero ac potissimum fundamentum constituen-

F A N E N.

SEU SENOGALLIEN. EMPHYTEUSI PRO COMMENDA S. MARCI FANI, CUM COMITISSA VIOLANTE MARTINOTIA.

Casus decisus per Rotam pro Violante.

De indulto concessio per Urbanum VIII. pro aliquibus Civitatibus, & Diocesisibus status Urbini super necessaria renovatione faciendi, absque eo quod Ecclesia possit pro se retinere, An locum habeat, ubi concessio est nulla, ita ut etiam si duraret, ab Ecclesia impugnari possit.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
2 De indulto Urb. VIII. pro statu Urbini super necessaria renovatione.
3 Resolutiones causa.
4 Derivatione dicti indulti.
5 Si emphyteusis est masculina, adhuc defectus masculis renovatio debetur faminis, vel cognatis.
6 Renovatio debetur etiam si investitura esset nulla, & numer. 13.
7 Etiam in bonis concedi solitis in quibus necessaria non est solemnitas, requiritur causa, attento tempore presenti.
8 Renovatio facienda est aucto canone.
9 Renovatio est facta continuatione prime investiturae.
10 Renovatus non dicitur novus emphyteuta neque primus acquirens.
11 Non potest habere maius jus proximior in vim renovationis, quam ipse investitus in vim investiturae.
12 Indultum quibus mandat innovationem fieri.
13 Declaratur conclusio, de qua num. 6. ut procedat ubi nullitas provenit solum a solemnitate Ecclesia non reclamante.
14 An fama, seu traditio quod haec bona fuerint laicorum in proposito sit in aliquo operativa.

D I S C. VI.

DE anno 1540. Commendarius Commende S. Marci Fani sacrae Religionis Hierosolymitano, qui tunc erat Camillus Chistius, concessit Julio Statiano in emphyteusim ad ejus tertiam generationem bene completam, & quartam ad renovandum duo petia terrae sita in territorio Senogallien. pro anno canone unius quadrantis. De anno autem 1628. per mortem alterius Julii junioris de quarta generatione innovata, exorta lite super devolutione cum quibusdam de Torellis dicti Julii avunculis per concordiam Commendarius tunc temporis, dicta bona pro eodem canone unius quadrantis concessit praefatis Torellis ad eorum vitam tantum, qua finita, ex tunc, de eorum consensu, investivit Vincentium Martinotium in consueta forma praedicta, scil. pro se, ac suis filijs, & nepotibus masculis ex ipso per directam lineam masculinam usque ad tertiam generationem bene completam & quartam ad renovandum, quae investitura effectum sortita in dicto Vincentio, in ipsemet terminavit de anno 1644. stante praedecessu Hieronymi ejus filii absque prole masculina, unde propterea, cum ad aliquos annos, de ista Commenda provilus esset Carolus Chistius Senensis, hic ab A. C. stante devolutione, obtinuit associari ad dictorum bonorum possessionem cum subsecuto effectu; Se opponente autem Violante dicti Vincentii filia, & petente renovationem ad formam indulti per Urbanum VIII. de anno 1642. concessi pro pluribus Civitatibus, & diocesisibus, olim spectantibus ad Statum Urbini, super necessaria renovatione, absque eo quod Ecclesia possit pro se retinere, praesertim pro Civitate, & diocesi Senogallien. quod indultum habetur registratum post dec. 7. apud Patell. & de quo etiam habetur in Eugubina Emphyteusi coram Celfo, inter suas dec. 192. & 232. & in eadem Eugubina, hoc tit. discurs. deced.

Introducta causa in Rota coram Bourlemont, datoque dubio, an concedenda sit renovatio, sub die 29. Aprilis 1667. desuper edita expedita sententia, commissaque causa appellationis in eadem Rota coram Taja, sub die 16. Januarii 1668. pro dicta sententiae confirmatione responsum fuit, adver-

adversus quam resolutionem concessa fuit nova audientia, quae pendet.

Itarum resolutionum fundamentum fuit praefatum indultum Urbani, considerata potissime ratione in eodem indulto assignata, antiquae traditionis, quod hujusmodi bona essent libera, & allodialia incolarum, ob illorum temporum conditionem voluntarie tradita in protectionem Ecclesiae, ab eisdem sub aliqui modica recognitione in emphyteusim recipiuntibus, unde propterea nulla exigit ratio, ut Ecclesiae possint, ac debeant eadem bona pro se retinere, sed debeant iuxta ipsius emphyteusim naturam proximioribus sanguinis in illa pacti, & providentiae, seu hereditibus in hereditaria innovare, aucto canone, dummodo augmentum, ac respectivè laudemium quinquagesimum non excedat.

Non obstantia, quod haec investitura formula esset masculina, & restricta ad lineam masculinam jam defectam, quoniam licet renovatio dicatur de jure, ut infra, quaedam ficta continuatio prioris investiturae, nihilominus iuxta opinionem, quam Rota sequitur, fictio in hac parte superata veritate, dum finita est linea masculina, ad quam investitura restricta fit, receptum est, renovationem in emphyteusi pactonata debitam ratione proximioribus sanguinis, deberi proximioribus, quamvis foemina, vel cognata, juxta ordinem intertate successioneis, non curata differentia sexus, vel agnationis, & cognationis, sive agatur de renovacione debita ex hujusmodi indultis, vel consecratione, sive etiam ex aequitate juris communis, derivata ex dispositione text. in l. i. ff. de aqua quotidiana, & cetera, ex deductis per Fulgin. de emphyteusi, tit. de renov. qu. i. num. 14. Grat. de sepel. 88. num. 25. dec. 334. n. 2. cor. Durano, 176. num. 30. p. 5. & 143. p. 10. rec. & habetur in Forolivien. Emphyteusim hoc tit. disc. 3. & in decisionibus in ea causis editis 30. Januarii 1665, & 23. Martii 1667. cor. eodem Bourlemont.

Et ad Commendatam fundamentum deductum ex nullitate dictae concessionis factae Martinotio de anno 1628. tam ex defectu solemnitatis, quam causa & contra formam, tam juris communis, & extraxit, ambigiosa, quam particularem Constitutionem, & stabilimentorum istius Religionis, ex qua nullitate resultat bona devoluta esse ad Ecclesiam usque ab anno 1628. ut supra, & per consequens non cadere sub dicto indulto Urbani edito de anno 1642. juxta legem, & privilegiorum naturam respiciente futura, non autem praeterita.

Respondetur, quod etiam in casu invaliditatis, adhuc renovatio debita est, quoniam ad hunc effectum sufficit, quod investitura implicitum habuerit statum validitatis, ex auctoritate Rota in una Romana relocationis domus 3. Julii 1595. §. non obstat coram Giptio, in qua recedendo ab alia decisione 38. post Picum ad S. utatur, seu eam declarando id firmatur, cum qua decisione pertransit Mareti. var. resolut. lib. 1. c. 3. n. 9. & cum eo, juxta consuetum absum, magis transcribendo, quam discurrendo, ac examinando, pertransit Riccius, & ceteri apud Fulgin. de emphy. d. tit. de renov. q. 1. n. 13.

Et quamvis prima decisio coram Bourlemont, conetur evitare etiam nullitatem, ex eo quod tamquam res concedi solita non indigeret solemnitate Beneficii Apostolici, attamen in altera decisione coram Taja, agnitum fuit id non esse sustentabile, quaequid enim esset circa punctum solemnitatis, in quo etiam ex hac parte Commendatarii multa deducebantur ob particulares Constitutiones, & stabilimenta hujus Religionis, inevitabilis remanebat nullitas ex defectu causae, quoniam inspecta juris communis dispositione, de dicto anno 1628. ob non editum indultum attendenda, quamvis ageretur de bonis concedi solitis, & in quibus non requiritur solemnitas, adhuc tamen necessaria est iuxta causam necessitatis, vel utilitatis ex nunc, & de praesenti, non autem ex tunc metiende, ex deductis dec. 201. n. 32. & seq. p. 7. rec. apud Rojas dec. 132. num. 5. & in aliis frequentior.

Et consequenter sustineri non poterat concessio hoc moderno saeculo, quando bonorum valor, & fructus adeo excreverunt, pro eodem adeo exiguo antiquo canone, praesertim personae omnino novae & extraneae, in qua urgente non valeat illa aequitatis, seu congruentiae ratio, qua mi emphyteutae, vel qua fit species continuationis, vel intuitu melioramentorum, quae per ejus majores fieri poterint. Quae rationes cum persona omnino nova, & extranea cessant, unde nullitas illo pacto salvabilis videbatur. Potissime verò, & clarius, quia idem indultum per ablativum

absolutum, qui habet speciem conditionis, vel formae dispositionis, renovationes ex ejus necessitate faciendas esse, aucto canone, ergo multo magis id faciendum erat ante illius editionem, quando actus erat voluntarius; Ideoque secunda decisio infirmit magis in dicta fama, seu traditione, quod haec bona fuerint laicorum, ita in protectionem solium tradita, & consequenter eisdem laicis, non alterato statu concedenda.

Resolutiones, mihi pro Commenda scribenti, reflectendo etiam ad veritatem, nullatenus placuerunt, neque intellectus in eadem obsequium captivari potuit, unde propterea pro meo sensu, recessus ab eis de iustitia sperandus videtur; Praesupposita enim pro certa, ac verè inevitabilis, nullitate dictae concessionis factae de anno 1628. causa punctus restringitur ad dictam conclusionem, an scilicet, dicta nullitate non obstante, adhuc locus esset renovacioni, juxta praefatam decisionem in Romana relocationis coram Giptio, cum qua pertransit Mareti. ceteri.

Et circa istam, intellectus meus eam, sive ejus rationem capere non poterat, quoniam ut habetur dec. 704. numer. 2. par. 4. rec. to. 4. 176. num. 37. & sequ. par. 5. & dec. 39. num. 47. p. 8. & plenius in d. Forolivien. disc. 3. receptum est, renovationem prioris investiturae, perinde ac si illa adhuc duraret in personis innovatis, unde propterea resultat, quod innovatus non dicitur acquiescere, vel novus emphyteuta, sed potius antiquus, ut dec. 176. p. 5. & in altera Forolivien. disc. 4. ac in aliis.

Quo proposito, impossibile videtur, quod plus operari possit fictio, quam veritas, quodque magis privilegium esse debeat causatum quam causa, seu accessorium, quam principale, contra principia collecta per Barbof. axiom. 4. & 97. ut ratio innotat etiam Rotam in Romana relocationis 20. Junii 1594. & 13. Martii 1595. cor. Giptio, quarum secunda est impressa post Picum ad Strutata, dec. 38. num. 6. & 7. Ideoque dum si viveret Martinotius, vel ejus filius, ac investitura duraret, adhuc Ecclesia stante ejus infectione bona vindicare posset, non videtur quomodo prope proximior ex jure innovacionis, & per quamdam fictionem à dicto actu vero derivatam, majus jus praetendere posset.

Ponderandam etiam, quod idem indultum dicit, concessioem faciendam esse in similes emphyteusim, seu livellum, & ceteris, qui de jure, vel acquirentate à iuris praedictis considerata in renovacione praesertim sunt, & sic indultum ponderat causam, in quo iustè, & legitime majores petentes innovacionem bona possederint, unde propterea in ret dicta aequitas, nullatenus in praesenti attendenda, statim dicto videri o ingressum, dum praefatus Martinotius erat, ut dictum est, homo novus, & de genere extraneo à primis investitis.

Quatenus verò pertinet ad dictam decisionem in Romana relocationis 3. Julii 1595. cum qua pertransit Mareti. Fulgin. & ceteri, non revocantur per eam dictae praecedentes decisiones, neque earum ratio impugnatur, sed solus respondetur, quod percutit diversam nullitatem ad effectum Statuti Urbis, Unde potius earum subsistentia implicitè admittitur; Atque hujus decisionis unicum fundamentum est, quod ageretur de nullitate resultante à sola iuris subtilitate ex defectu solemnitatum, cum alias contractus esset Ecclesiae utilis, eaque expediret illum servari, & consequenter, rectè intrat implicitus status validitatis; Ecclesia volente, seu non contradicente, juxta cons. 197. Anchorani, cum in hujusmodi claudicatione Ecclesiae privilegium consistere dicitur, ideoque, quaequid sit de hujusmodi assumpto in casu, quo nullitas ratione solemnitatis tantum preveniat, absolutum videtur illud nullo pacto recipiendum esse in casu adeo evidenter nullitatis ex defectu causae, ut etiam admittitur apud Fulgin. ubi sup. & alios apud eam.

Et quoad dictam famam, seu traditionem, videbatur fundamentum non omnino ratum, Tum quia in dicta assertio id non asseritur determinatè, Tum etiam quia ratio illius assertio est generalis pro universa ea regione, totoque statu Urbini, & tamen dispositiva non est generalis, sed tantum pro aliquibus Civitatibus, & dicitur, Forasempromien. Senogallien. Eugubina, & cetera. Peratren. omittendo, ipsam metropolitanam Civitatem Urbanam, ac etiam semetropolitanam, ergo ratio nihil disponit, sed solum attendendum est id quod disponitur in forma privilegii.

SENOGALLIEN. BONORUM PRO PASSIONEIS CUM COLLEGIO GERMANICO.

Causa pendet in Rota.

An Indultum Urb. VIII. concessum pro Statu Urbini super necessaria renovacione, locum habeat obstantia pacto in contrarium. Et obliqua de questione possessorii inter Dominum directum, & emphyteutae successorem.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
- 2 De distinctione quando in possessorio debeat obtinere emphyteuta, vel novationis directum.
- 3 De necessaria renovacione debita in statu Urbini ex motu proprio Urbani VIII.
- 4 An locus habeat in casu pacti.
- 5 De ratione dicti privilegii necessaria renovacionis.
- 6 Particularis an possint renunciare, vel projudicare dicto privilegio indulto favore publico.
- 7 An de jure praetendi possit necessaria renovatio ex causa melioramentorum.
- 8 Quando pro Domino, vel pro emphyteuta in dubio sit in possessorio revendendum.

D I S C. VII.

Concessit Monasterium Sanctae Crucis fontis Avellanae ad tertiam generationem de anno 1552. Dominico, & Joanni de Passioneis bona, de quibus agitur, tunc inculca & modici valoris, pro concessioneis notabiliter meliorata, & effecta pretiosa valoris circiter scut. 6. m. Praetendente autem Collegio Germanico, cui postmodum d. Monasterium unum vitum, dictorum bonorum devolutionem, sub praetextu terminationis lineae, de facto illorum possessionem accepit, unde se opponentibus fratribus de Passioneis, Joannis, vel Domini descendentes, ac possessoribus, se non potuisse inauditos dicta eorum possessione de facto spoliari, introduca causa coram dicto Collegii Judice de voto Rota, in hoc Tribunal assumpta fuit disputatio in judicio possessorii suspensio peritiora, an scilicet, & cui danda esset manentio, donec de praeterea devolutione discutendum esset.

Et pro Passioneis scribens dicebam, quod quicquid antiquus per DD. vel Rotam fuerit variatum, hodie communis, ac recepti distinctio est, quod aut devolutio est omnino clara, & indubitata, quia nempe consistit de dominio, & de certo sine concessionis, quodque nulla competat exceptio, quae impedit devolutionem, & consolidationem domini utrumque cum directo, ac unionem possessionis naturalis cum civili, ita ut possessor dicatur in mera contumacia restituenti, & tunc manentio debetur dominio directo, quamvis propria autoritate possessionem apprehenderit, Aut dicta tria requisita, vel eorum aliquod cessat, sive turbidum adhuc sit, & tunc manentio debetur emphyteutae, seu possessori, cui sola possibilitas victoriae, sive iuris iustificatio in petitorio sufficit, ut interim ei danda sit manentio, quia ubi casus devolutionis non est omnino indubitatus, non debet possessor de facto ejus possessione spoliari, ut ita distinguendum habetur apud Gregor. dec. 705. num. 11. cum seqq. dec. 402. n. 22. & seqq. 4. rec. tom. 2. ubi late Adden. in Avellanensi praesertim 15. Maii 1645. coram Dunozeoto inter suas dec. 741. Romanae vineae 27. Aprilis 1646. & 7. Junii 1647. cor. Corrado, quarum secunda est dec. 73. p. 10. rec. ubi bene de dictis tribus requisitis copulativè desideratis in Signinae bonorum 3. Junii 1652. coram Meltio, dec. 258. p. 11. & frequenter in aliis, quia est propositio verissima, & satis frequenter recepta. Unde cum ex parte dominium directum, ita ut identitas non esset adhuc debet iustificata, ac etiam diceretur neque iustificata esse generationum expirationum quae à domino ad devolutionem agente perfecit, & concluderet probanda esset, idcirco antiquus possessor debita erit manentio, prout de facto eis concessa fuit, quia proposita causa sub die 31. Januarii 1659. coram Meltio capta non fuit resolutio, fed dictum, ut coadjuvarentur probationes quod rescriptum importavit vicioriam in Passioneis de facto possidentibus, neque ulterius, quod sciam, hucusque causa prosequuta fuit.

Dicebatur tamen ex parte dictorum possessorum, quod ubi etiam tam de dominio, quam de generationum terminatione constaret, adhuc tamen eis debita erat renovatio in vim motus proprii Urbani VIII. concessi ad favorem status Urbini, ut Ecclesiae quamvis invitae renovare censeatur, & non possint pro se retinere, quod indultum habetur impress. post dec. 7. apud Passillum, atque de eo agitur in precedentibus disc. 5. & 6.

De hoc non fuit firmiter disputatum, sed ex his, quae incidenter occasione possessorii deducta fuerunt, constabat ex parte Ecclesiae volentis dicta bona pro se retinere, praetendit quod indultum praedictum non intraret sine pacto in investitura contento, quod liceat Monasterio bona reverentia pro ipso retinere non obstantibus statutis, ordinationibus, & privilegiis Civitatum, locorum & Terrarum factis & privilegii Civitatum, locorum & Terrarum factis & privilegiis bitarian indultum praedictum tolleret solum unum obstaculum refusans à dispositione iuris, non autem eorum conventionem. Tum ex regula, quae quidem calum non venit sub statutis, & legibus de simpliciter generaliter loquentibus. Tum ex eo quod fortis dissolvitur duo vincula, quam unum, ut in proposito habetur in Mantuanensi, sub tit. de feudis, disc. 10. ubi ex Rota auctoritate dicitur, consuetudinem inductam in feudis Mantuanis, ut possessor non obstante formula pacti, & providentiae habeat eorum dispositionem in prejudicium vocatorum in investitura, operari solum debere, ubi unum tantum vinculum legis, seu investiturae accedit, non autem aliud alterum conventionis.

Pro hujusmodi objecto tollendo dicebatur partes fensisse, vel de statutis particularibus concedendis per ipsas Civitates, & loca, vel de privilegiis concedendis per Ducem Urbini tunc dictae Civitatis possessorem, quasi quod ita Abbas, & Monachi ad omnem quaestionem removendam exprimere voluerint id quod de jure inerat, quod scilicet Monasterium hujusmodi statutis, & privilegiis laicalibus subiectum non esset. Scitis autem de privilegio motu proprio concessio per Papam utrumque gladium habentem, Ecclesiam etiam, & Ecclesiasticum ligantem, quando constat se utrumque Imperium ecclesiasticum, & temporale exercere voluisse, ex his quae in proposito statutorum Papalium habentur in Senogallien. bonorum de monte veteri, sub tit. de feud. ad materiam bullae baronum, disc. 93. & in Romanae dotis de Sanctae Crucis sub tit. de dote, & alibi.

Motivum videbatur probabile ex verisimili defectu voluntatis partium, quod scilicet loquendo de statutis, consuetudinibus, & privilegiis Civitatum, & locorum, verisimiliter cogitaverint de jam dictis ordinandis per ipsas Civitates, vel per Ducem, non autem de hujusmodi privilegio universaliter pro toto Statu concedendo per Papam post factum casum devolutionis tunc omnino desperata, non cogitata.

Multo magis quia privilegium concernere videbatur favorem publicum principaliter, ut scilicet haec bona non revertantur ad manus mortuas, sed remaneant penes illarum Civitatum, & locorum habitatores, aliis ob laicalium bonorum deficientiam notabiliter defecturos, sive de pauperibus cum ipsius Principis, & Republicae praedicti, quia cum ferè major pars bonorum istius regionis sit hujusmodi naturae, & qualitatibus, si Ecclesia quae nunquam moritur, bona devolvenda pro se retinere posset, tractu temporis habitatores, vel inermem vitam ducere cogerent, vel illam regionem deserere. Alia etiam addita factis efficaci ratione in eodem motu proprio canonizata, ac etiam ponderata in Eugubina, seu Fanen. Emphyteusim 20. Aprilis 1654. cor. Celso inter suas dec. 192. & de qua causa habetur etiam actum hoc tit. d. disc. 5. quod scilicet ista bona originariè essent de dominio privatorum, ab ipsis voluntariè tradita Ecclesiae cum hac lege ea ab ipsis demò recipiendi, idque ratione protectionis, & causa evitandarum confiscationum in illis calamitosis saeculis frequentium, unde propterea rationabiliter in Cefenaten. seu Sarrauten. Emphyteusim, seu laudemiorum 22. Junii 1643. coram Ghislerio, dec. 400. p. 9. rec. confirmata 16. Junii 1656. coram Alberгато, impress. post colluccionem Bononiensi dec. 35. firmatur istis, vel similibus privilegiis, privatorum pactis ratione publici favoris praedicti non posse, ex regula generali deducta per canonistas in eam contingat, de foro compet. & per Civilitas in l. i. ff. soluto matrim. & alibi, ut privilegii publico favore principaliter inductis, privatorum conventionibus praedictari, vel renunciari non valeat, ut in materia retractus habetur hoc eodem libro supra sub tit. de servitutibus, & retractus in Romanae transactionis, disc. 80.

Fortius addebam premiffa procedere in hac facti specie ex circumstantia meliorationis, quia ex antiqua concessione constabat, pro ea five pro intrantia eius occasione debita, soluta solum fuisse scuta quadrangula, quod arguit modicum bonorum valorem, desumptum etiam ex fati exiguo canone, seu repositione, & tamen ex plantationibus, & edificis, aliisque meliorationibus, quae ex inspectione constabat esse recentia, bona effecta etiam valde pretiosa, & in futurum

7 6. m. unde dicebam, quod circumscripto etiam dicto privilegio, ex huiusmodi circumstantia notabilis meliorationis, quodque bona sterilia redacta ad fertilitatem, necessaria erat renovatio, neque Ecclesia poterat pro se retinere, attendente etiam dispositione iuris communis, ut firmant alii allegatis Berous conf. 98. l. 1. Grat. dif. 813. numer. 33. O sega Mantle, de tactis. 22. n. 17. Et firmavit etiam Rot. dec. 11. n. 5. par. 2. rec. O in Personam bonorum 9. Maij 1653. cor. Madio.

Et licet de huiusmodi conclusione probabiliter dubitari posset, ubi accedit pactum expressum, ita ut procedat solum ad limitandam dispositionem iuris communis, quasi quod emphyteuta sciens pactum, nec quod renovationem Ecclesiae nolente deservabat, ita meliorando Ecclesiae donare voluerit. Nihilominus in proposito, stante dicto indulto credebam illam esse circumstantiam satis considerabilem, ad effectum, ut premiffa facilius procedant, atque motus proprius non subiaceret pacto.

Excitata etiam fuit difficultas, an haec suffragantur in iudicio possessione, quatenus pro dominum directum iustificarentur iam dicta tria requisita, ex quibus ipse in hoc iudicio obstinere debet ut supra, & rationem dubitandi fortiter praebere. Tum recepta conclusio, quod pro huiusmodi renovatione non competat actio, vel remedium reale, sed solum actio personalis, seu ius implorandi officium iudicis. Tum etiam quia sicuti quando actio est dubia, & altioris indaginis, interim respondendum est pro reo, & antiquo possessore, ita ex identitate rationis respondendum est pro actore, quando actio est clara, & certa, exceptio vero est turbida, & altioris indaginis, quia cum actorem fundatam habeat ejus intentionem, impediri non debet sua actionis experimentum, pendente altiori discussione exceptionis turbidae. Ponderabatur tamen obiectum esse evitabile, quia exceptionis indagatio non proveniat ab extrinsecis circumstantiis facti, sed consistit in puncto iuris, qui incontinentiam eam librorum apertura terminari poterat, ac etiam quod ex punctualibus autoritatibus ita firmantibus, ac evitantibus inane circuitum sufficeret probabilis praesens renovatio, Valalc. consil. 157. num. 29. & sega. dec. 111. apud Possum de manent. motum autem antiquae traditionis ut supra deductum, non erat omnino tutum, ut advertitur disceptat.

Hec decisio noviter emanata in Sacra Rota, plurimum facit ad materiam praecedentis discussus, ideoque eam hic posuimus.

R. D. P. MOLINES.

Urbanaten. seu Senogallien. Emphyteusis. Ven. 23. Martij 1696.

Bona Emphyteutica in vocabulo Donelle posita in Castro Scapezani Status Urbini, de directo dominio Abbatis, seu Monasterij Sanctae Crucis Fontis Avellanae, anno 1539. titulo emptionis devenuerunt in Venerabilem Confraternitatem Sanctissimi Crucifixi, ejusque Hospitalis Sancti Petri Terrae Purgellae cum consensu dicti Monasterij, a quo successively eadem Confraternitas obtinuit geminas renovationes, aliam pro tempore 29. & alteram 59. annorum, cum obligatione tradendi unam libram candelarum cerae in festo Sanctis Albertini, recurrente ultima die mensis Augusti, & cum pacto, quod, finito dicto tempore, eadem Bona revertenter in ipso jure ad Monasterium dominum directum, ejusque nomine poster propria autoritate capi illorum possessio, Summario Confraternitatis, num. 1.

Effugium tempore hujus secundae renovationis, Collegium Germanicum, & Ungaricum Urbis, cui hoc medio tempore a san. mem. Gregorio XIII. memorata Abbatis Sanctae Crucis unita fuerat, aliam concessit renovationem dictae Confraternitatis, sub eisdem pactis, & conventionibus, quibus proxima antecessens stipulata fuerat, videlicet pro tempore 59. annorum, solutione unius librae cerae, & facultate, finito dicto tempore, capiendi possessionem propria autoritate, Summario utriusque Partis, n. 2.

Cum autem expirato hujus postremae renovationis tempore, praefatam Collegium, nulla praevia citatione Confraternitatis, obtinuerit ab Eminentissimo Cavalierino, tunc eius Judice deputato, mandatum de afficiendo ad praedictam Bonam, cujus vigor effectualem possessionem accepit, Hinc orta de super controversia coram eodem Judice super manutatione, illam reportavit Collegium, una cum sententia declarante, exceptiones Confraternitatis non obfarc.

Nuper vero commissa pro Signaturam Justitiae controversia nostro Tribunali cum rescripto: De Causis restitutionis in integrum, & sine praedictis iudicibus, Mihique directae Commissionis, sub die 13. Martij praeteriti proposui Dubium, An constet de rei iudicata, seu potius de Causis restitutionis in integrum, & nulla capta fuit resolutio; Et tamen hodie repositio, habui responsum; Consistere de Causis, Attenta nullitate, ac iniustitia dicti mandati Judicis primae instantiae, qui impedit effectum rei iudicatae, & praebet causam restitutionis in integrum ad text. in l. 4. §. Condemnatum, ff. de rei iudicata, Rot. dec. 618. & dec. 871. utrobique n. 1. cor. clar. mem. Card. Cotto.

Nullitas, & iniustitia ex eo clarissime patet, quia dictum mandatum de afficiendo super Bonis contravertit fuit obtemperum pro Collegium extrajudicialiter, nulla praevia citatione Confraternitatis posseditricis, ac proinde possessio, in illius sequela apprehensa fuit nulla, & pollutata, & consequenter nec manentibus, ut in terminis firmavit Rota dec. 194. cor. Mantie. per totam, & coram Cardinali Celso dec. 15. n. 4.

Non resistente, quod in vim pacti adjecti in horum Bonorum Investituris, ingrediendi possessionem propria autoritate, elapso tempore renovationis, poterat Collegium ritè, & rectè ad eadem de facto associari; Quoniam in procederet, si devolutio esset omnino clara, nullumque Jus competeret Emphyteute super retentione eorumdem Bonorum; At quando, prout est in casu, Emphyteuta habet Jus certum, & indubitatum petendi renovationem, tunc Dominus directus nequit propria autoritate sibi Jure dicere, & possessionem Bonorum occupare, sed agere debet Jure petitorio contra Possessorem, qui interim debet in sua possessione manentem, ex traditis in specie per Valalc. conf. 159. n. 29. cum sega. Card. de Luc. dif. n. 3. & n. 8. in fine, & dif. 67. num. 2. de Emphyt. & respondit Rot. dec. 194. num. 6. coram Mantie, & apud Possum de manut. dec. 11. n. 8. & coram Bich. dec. 41. n. 2. & in alia Eugubina, seu Senogallien. devolutionis 14. Januarii 1695. §. Hic in articulo, coram R. P. D. meo Ursino.

Porro in praesenti visum est Dominis Confraternitatem fore Jure certum, & incontinentem probatum consequendi petitam renovationem in Bonis controversis, atque notissimo Indulto fa. mem. Urbani VIII. per quod caveatur, quod Ecclesiae Domine directae bonorum existentium in Statu Urbini, expirata Emphyteute, nequeant eadem Bona pro se amovere, & retinere, sed de necessitate debent concedere renovationem; Tribuendo omnibus Emphyteutis absolutam facultatem eadem Bona emphyteutica in alios etiam Extraneos alienandi, & disponendi, cum onere Emptorium, vel successorum obtinendi ab eisdem Ecclesiis Investituris, redigendo in hunc modum omnia praefata Bona ad instar alodialium, & patrimonialium, ut patet ex tenore ejusdem Motus proprii impressi penes Patell. post dec. 7. & pluries respondit Rota, & signanter dec. 192. n. 6. coram Card. Celso, & in Senogallien. Bonorum 21. Junij 1683. coram Cardinali Mathaio, & in supradicta Eugubina, seu Senogallien. 14. Januarii 1695. §. Hic in articulo, coram R. P. D. meo Ursino, & in confirmatoria 27. Junij eiusdem anni, §. Tertio spoliis, coram Eminenti. Taurisio Episcopo Ferrarico.

Neque visum est obfistere, quod praedicta Constitutio edita fuerit in favorem laicorum, & pro laicis tantum, proindeque non possit suffragari Ecclesiis, & locis Piiis. Nam ultra quod Indultum loquitur generaliter, & indefinite pro omnibus Possessoribus Bonorum Status Urbini, placuit Dominis responsio, quod huiusmodi favor laicorum non continetur solummodo in conservandis Bonis penes eorumdem laicos, sed etiam praecipue, & principally tendit ad restituendum dictis Bonis pristinum naturam alodialitatis, quae habebant, antequam supponerentur sub directo dominio Ecclesiae. Unde, cum Indultum tribuat Possessoribus Bonorum facultatem disponendi, & alienandi etiam in quoscumque Extraneos; per necesse suffragari debet Ecclesiis, & locis Piiis; Cum exploratissima sit in Jure propositio, quod Bona emphyteutica, quando sunt redacta ad instar alodialium,

rum, & efficiuntur transitoria ad haeredes quoscumque, sint transmissibilia etiam ad Ecclesias, loca Pia, Universitates, aliasque manus mortuas Irrevocabilius post Bartol. in Auth. Gregor. in secunda lect. num. 33. verfic. Quare ego, & sega. de Sacrosanct. Ecclesie tenentur communitur Corbul. de Emphyteute, in eadem caus. privator. ob mortuorum, n. 4. & sega. n. 11. Fulgini in eodem tract. tit. de aliena. q. 1. num. 122. Spala conf. 109. num. 4. & 5. lib. 3. Pinchier. de Conf. par. 2. disp. 5. §. 7. n. 182. verfic. Caterum. Adde. ad Gregor. dec. 510. sub numer. 15. Rot. dec. 261. numer. 7. & dec. 280. num. 5. par. 1. dec. 377. numer. 3. par. 14. & dec. 65. nu. 8. par. 17.

Quin urgeat replicatio, quod in ea parte, in qua Indultum praecipit fieri renovationes, utatur verbis restrictivis ad personas capaces, ibi, Masculis, vel feminis, incapibus tamen, quae restrictio praeterit exclusionem personarum incapacium, quales sunt Ecclesiae, & manus mortuae. Siquidem respositum fuit, Pontificem statim per verba immediate sequentia declarasse quosnam intellexit comprehendere sub nomine Capacium, eorum nempe, sunt ejusdem verba, qui de jure, vel ex equitate a Jurisprudenciam considerata in renovatione referendi sunt. De jure autem, & ex equitate, Ecclesia non possunt dici absolute incapaces; Nam, aut Pontifex loquutus fuit de capacitate iuris, & equitate, habito respectu ad naturam eorumdem Bonorum Status Urbini, quae reduxerat ad pristinum statum libertatis; Et certum est, quod loca Pia, aliaeque manus mortuae sunt absolute capaces huiusmodi Emphyteusis, coequatae bonis alodialibus, tam ad effectum succedendi ex superioribus probatis, quam per consequens ad effectum obtinendi renovationem inductam ex aequitate Bartoli; Cum renovatio veniat in consequentiam successioneis, cujus est quedam species, ad tradita per Card. de Luca de Emphyt. dif. 63. num. 17. & dif. 12. sub num. 7. Amic. de Jur. emphyt. quest. 60. num. 4. & 6. Rocca select. Juris disp. tom. 1. cap. 63. num. 9. Rota dec. 66. num. 7. par. 15. recent.

Aut intellecti de personis capacibus in genere, praesentando ad inducta qualitate alodialitatis eorumdem bonorum; Et juxta hanc aliam interpretationem, nec minus Ecclesia potest dici absolute incapax Emphyteusis Ecclesiae tamen de jure prohibita ad Extraneos transire; Quia incapacitas earum consistit in dictis bonis retinendis nolente Ecclesia Dominata directae, adeo ut quoties eadem Ecclesia permittere, rectè possit loca Pia, aliaeque manus mortuae bona acquisita ex possessione, vel ex contractu retinere, Surd. conf. 521. n. 10. Antonell. de temp. legal. cap. 25. num. 10. & sega. Fulgini de jure emphyt. tit. de success. in bonis emphyt. qu. 15. sub n. 9. verfic. nec impeditur, Adde. ad Gregor. dec. 520. nu. 14. verfic. Tertia non est, Rota dec. 394. n. 6. coram Buratt. Atque ubi Ecclesia Dominata directae contradixerit, non ideo manus mortuae ministerio Jure efficiuntur incapaces acquirendi, reu retinendi per aliquod tempus, sed ne perpetuo retineant in praedictis Ecclesie non vi coactiva, sed directiva, obligantur ad transferendum bona in personam privatam, sive titulo venditionis, sive alio contractu, juxta doctrinam Speculatoris in rit. de locat. in §. Nunc vero, quest. 117. communitur receptam, Molin. de contrah. lib. 1. disp. ut. 140. num. 17. Valalc. consil. 101. n. 8. Spald. conf. 109. n. 7. lib. 3. Rot. dec. 132. n. 2. & sega. par. 1. dec. 49. n. 8. & 9. par. 9. Et aliquoties permittitur eidem manibus mortuis retentio in perpetuum cum onere solvendi quinquennia, ad ea, quae tradit Riccius in prax. rer. quorid. p. 1. res. 123. per tot. & dixit Rot. in dict. dec. 484. num. 11. p. 9. recent.

Sicque, cum quocumque modo interpretetur mens Pontificis Ecclesiae, & manus mortuae non possunt nuncupari ipso jure, incapaces, illaque expressè Indultum non excludat, non est, cur sub eodem comprehendant non debeant. Quando alioquin natura, ac substantia privilegii rediguntur Bona hujus Status ad instar alodialium, non repugnat, sed faveat praesentationi manuum mortuarum de jure absolute capacium Emphyteusis huiusmodi qualitatibus; Possitque, quia praedicta verba capacibus tamen praesentatione exclusionem aliquorum incapacium, optime referri valeant ad personas incapaces, etiam Bonorum emphyteutorum, quae alodialibus sunt coaequata, quales sunt illegitimi, ut pro veritate consilii respondit Spala conf. 116. num. 1. cum sega. lib. 3. ac forenses, ex notatis per Rot. dec. 46. num. 43. post Patell.

Parum urgente exemplo Constitutionis Bonifacianae editae pro Civitate Ferrariae, secundum quam Ecclesiae, aliaeque manus mortuae sunt incapaces Bonorum emphyteuto-

rum Civitatis Ferrariae, quavis fuerit pariter redacta ad instar alodialium, ut respondit Rot. dec. 636. nu. 8. & sega. & dec. 661. n. 7. coram Coccin. & in confirmatoria 118. per totam p. 4. tom. 2. rec.

Quandoquidem notabile intercedit discrimen inter unum, & alterum Indultum, Bonifacianum enim redactum Bonorum Civitatis Ferrariae ad instar alodialium, favore laicorum dumtaxat, cum ultra prohibitionem dispositionis, & alienationis eorumdem Bonorum in personas de jure prohibitas imò cum expressa revocatione, & annulatione alienationis, & dispositionis factae favore incapacium, ut patet ex eadem Constitutione impressae post Pignat. ad Stat. Ferrariae, tom. 2. fol. 39. in a. secundam editionem, cui expressa & amplissima prohibitiō innixa, respondit Rota in objectis decisionibus, Ecclesias, aliaeque manus mortuas non esse capaces Bonorum emphyteutoium Civitatis Ferrariae ob dictam Constitutionem Bonifacianam; Indultum vero Urbanum nullam continet expressam prohibitionem alienationis, aut dispositionis factae in personas prohibitas, & incapaces, minuitque factas, irritas declarat, sed ut praefertur, circa capacitates, re remittit simpliciter ad dispositionem Juris, & aequitatem Prudentum; Quamobrem cum ex probatis, Bona redacta ad instar alodialium, tam ex dispositione Juris, quam ex aequitate sunt transitoria ad Ecclesias, & manus mortuas, sicut ad effectum vendendi, five ad effectum retinendi, solus quinquennalis, non currit argumentum, de uno genere Bonorum ad alterum, ut bene dicitur Adde. ad Ludov. dec. 520. nu. 14. verfic. limitia primo, usque ad verfic. mittatur secundo, ubi post firmatam conclusionem, quod Ecclesia est capax Emphyteusis transitoriae ad quoscumque haeredes, subiungit, non obfarc eadem decisionem in objecto allegatis, loquentes in terminis Bonifacianae, quia est specialiter in hac Constitutione, stante quod in ea expressè repugnat cautum, quod non possit fieri alienatio in personas alias de jure prohibitas.

Ceterum vita fuit Dominis cessare in praesenti omnis dubietas, stante observantia, ac consuetudine tam generali Status Urbini, juxta quam renovationes dictorum Bonorum factae semper fuerunt ad favorem Ecclesiae, & locorum Piorum, ac Universitatum, ut constat ex pluribus Instrumentis datis in in Summario Confraternitatis, n. 23. quam etiam individuali, & speciali hujus Confraternitatis, quae spatio 250. annorum semper mediis annibus continuatae renovationibus retinuit dicta bona, ut in facti narratione expressum fuit; quae quidem observantia est optima interpret praefatae Constitutionis, ut dixit Rot. dec. 124. num. 12. & 441. n. 6. p. 18. rec. & millies alibi; Abique eo, quod turbet respositio, quod in praesenti non doceatur de consuetudine cum qualitate coactiva renovandi; Quoniam praefata observantia non adducitur ad inducendam consuetudinem praescriptivam, sed interpretativam, ad quam effectum non sunt necessaria requisita formalis praescriptionis, sed iustitiae, quod ita pluries fuerit observatum, ut in terminis advertit Rot. dec. 225. n. 25. & sega. p. 17. rec.

Neque demum ad declinandam necessitatem renovandi inductam ex Indulto Urbano, recurrere possit Collegium ad pactum contractum in praecedentibus investituris, quod scilicet, finito tempore concessionis, bona liberè revertentur ad Abbatis, etque licet etiam reserveras pro se retinere, vel cui voluerit renovare; Cum hec, aliaque similia pacta legantur expressè abrogata per Indultum Urbanum, ut patet ex illis verbis: Illaque, & illas, non obfarc consuetudines, & conventiones de non petendis, seu non concedendis renovationibus reinvestire, & illi, seu illi renovationes concedere, & in puncto notavit Rota in dicta Eugubina, seu Senogallien. devolutionis 27. Junij 1695. §. Tertio, coram Eminenti. Taurisio. Tum, quia eidem privilegio, tanquam inducitur in favorem publicum non valet renunciari pactis, & conventionibus privatorum, ex deductis per Cardin. de Luc. de emphyt. dif. 7. n. 6.

Ex quibus itaque omnibus consistit, quod Confraternitati certe, & indubitanter competeat renovatio ad controversa bona, sicut Collegium non poterat abique illius citatione capere possessionem propria autoritate, ita debet Confraternitati reintegratio, seu quatenus opus sit, mandatum de manutentione, ut de reintegratioe respondit Rot. in praedicta Senogallien. devolutionis 15. Januarii 1695. §. Haec namque est differentia, coram R. P. D. Ursino, & in confirmatoria coram Eminenti. Taurisio. Et de manutentione adversus factum Judicis, tamen si Parte citata, soliantis contra formam praedicti Indulti, irritantis quocumque decretum, & sententiam renovationem debentiam, tradit

dit Posth. de manib. obsequ. 46. n. 1. cum seqq. Rota decif. 52. n. 13. p. 19. rec. Et in specie huiusmodi dec. 232. n. 10. coram Card. Celsi; Ea quidem ratione, quia omnia acta contra formam dictae Constitutionis censentur arteata ex R. 019. 107. Privil. dec. 322. n. 2.

FARFEN. BONORUM PRO COMMUNITATIBUS ABBATIE FARFEN. CUM ABBATE.

Casus decifus per Congregationem deputatam pro Communitatibus.

De renovatione concedenda hereditati ultimi morientis ad favorem creditorum si nullus illam adeat.

Et de natura bonorum emphyteuticorum Abbatie Farfen. Et an ea renovari possint proximioribus sanguinis ultimi morientis non habentibus qualitate hereditariam.

SUMMARIUM.

- 1. Casus controversus.
2. De necessitate renovationis in Abbacia Farfen. & de eius ratione.
3. Omnia bona possessa per incolas Oppidorum Abbatie Farfen. sunt de iure directi dominii.
4. Renovatio debetur heredi vel familiaris, nec sola qualitas sanguinis sufficit.
5. Facultas disponendi de bonis emphyteuticis in hac Abbacia, quod intelligatur investitura durante.
6. Declaratur dec. 86. par. 5. recent.
7. Quid agendum ubi ultimo moriens relicta est alieno nullum habet heredem.

DISC. VIII.

Um omnia bona, quae possidentur per incolas viginti septem oppidorum existentium in Territorio Abbatie Farfen. essent de directo dominio eiusdem Abbatie, in emphyteusim concessi solita ad certam generationem, ut habetur in an. de d. cum in alia Farfen. sub tit. de feud. disc. 52. proindeque morientibus investitis absque prole, frequenter contingat casus devolutionis. Hinc Abbas pretendere capuit, vel bona devoluta pro se retinere, vel personis sibi bene visis concedere posse, praesertim ubi non adsint qui ultimi morientis hereditatem adire valeant, seu velint, in exclusionem, & praerogativam creditorum ejusdem deficientis, vel ejus majorum, quorum hypothecas, & jura, facta casu devolutionis evanuisse, itaut ad ipsa bona nulla eis competere actio, ex profecto firmavit Rota dec. 86. p. 5. rec. sub cuius fundamento Abbas huiusmodi praerogativas promovet. Verum quia id gravissimum causabat praerogativam praedictis incolis, eorumque commercio, Idcirco habito per Communitates omnes concursum ad Alexandrum VII. atque ab ipso deputata particulari plurium Praelatorum Congregatione pro huiusmodi controversiis extrajudicialiter terminandis.

Pro Communitatibus in eadem Congregatione scribens, duos distinguebam punctos, quorum primus erat, An generatio finita, teneatur Abbas bona devoluta concedere proximioribus hereditibus ultimi deficientis, itaut non valeat pro se retinere, nec aliis concedere; Alter verum non posita necessitate renovationis, quatenus non inveniantur deficientis heredes, illa facienda esset alicui ex creditoribus, vel alteri, qui onera hereditaria suscipere se offerat, ad effectum ut creditoribus ex bonis renovandis, utpote in morientis hereditate remansis satisfieri possent.

Quatenus pertinet ad primum, omnino planam dicebam affirmativam pro necessitate renovationis concedendae proximioribus hereditariis qualitate habentibus, quatenus non adsint heredes extraneus ex testamento in eadem renovatione preferendus, cum ita expresse disponat antiquum ejusdem Abbatie statutum, ab antiquissimo, & immemorabili tempore servatum, absque eo quod de contrario unquam decreverit consistere, unde recte concurrebat etiam consuetudo immemorabilis in proposito attendenda, ut in eisdem terminis necessitate renovationis per Ecclesiam concedenda firmatur in Nonavulana Bonorum coram Mantica, quae est dec. 11. par. 22. recent. Quod etiam de sub-

jecta materia natura omnino procedere dicebam ob communitatis necessitatem, quia cum omnia bona per alios incolas possessa sint ejusdem naturae, ut constat apud Peniam dec. 1222. in princ. illaque omnia sint per eandem incolas meliorata, cum vineis, olivis, arboribus, & edificis, si Ecclesiae concederetur post finem ejus generationis, bona devoluta, vel devolvenda pro se retinere, unius, vel duorum seculorum spatio totum occupare possent, nec quicquam incolas remaneret, itaut nec vivere, nec commercium habere possent, ideoque pro certo habendum venit, vel quod Abbatia sic ab initio convenire cum habitatoribus ad illa loca allecitis, vel quod Abbatia fundator, ita pacto constituerit, vel (ubi oppida essent antiquiora) quod Oppidani voluntarie omnia eorum bona libera dictae Abbatiae in protectionem, sub hac lege dederint, eodem modo, quo de Statu Urbini, ac aliquibus Lombardiae, & Emiliae partibus habetur in Enghina, seu Fenen. renovationis, disc. 5. quas rationes in specie ponderat Rota apud Pen. ad dec. 1221. n. 8.

Et rationes praedictae, illa praesertim necessitatis communitatis, vel altera voluntate obligationis induxerunt Pontifices ad hujusmodi necessitatem concedendam in locis, ubi non omnia bona talem habent naturam, sed quia de ipsorum notabili parte tractatur, ut in Lombardia habetur Bonifaciana, in Statu Urbini indultum Urbani VIII. in Civitate Perusina indultum Alexandri VIII. editum ad tollendum controversiam, de qua in Perusina Bonorum 9. Maii 1653. coram Melio, multo magis in praesenti, dum omnia bona sunt ejusdem naturae, itaut habitatores, nec quid minimum possideant liberum, quam veritatem idem Abbas significando, in hoc puncto dedit manus, Scita per dictam Congregationem absque controversia determinatum fuit.

Super secundo autem puncto, quatenus ageretur de concursu inter proximiores heredem sanguinis, & remotiorem, vel extraneum heredem rei familiaris, patitur plana fuit resolutio, renovationem scilicet deberi potius heredi rei familiaris, itaut qualitas hereditaria omnino necessaria sit, quia cum ex consuetudine huiusmodi bona redacta sint ad iura alodialium, ac effecta libere dispositionis, ut firmatur apud Peniam ad dec. 1221. Hinc proinde sequitur, jus petendi renovationem remanere in hereditate ultimi morientis, ideoque hereditas debet, ut punctualiter in hac renovatione bonorum Abbatie Farfen. firmatur apud Baratt. dec. 87. Et regit aliter in Enghina Emphyteusico. Aprilis 1654. coram Cello dec. 336. par. 11. recent. & inter suas decif. 192. ac non semel habetur deductum in aliis, sub hoc eodem tit.

Major autem, ac tota difficultas fuit in casu, in quo nemine parente, qui ex testamento, vel ab intestato hereditatem ultimi morientis adire velit; nec renovatio nemine petere, agatur solum de jure, & interesse creditorum, stante ad decif. 86. par. 5. recent. firmante facultatem disponendi, vel hypothecandi deductam, vel ex clausula ad habendum, vel ex alia investitura verba, & clausulis, vel ex consuetudine, intelligendum esse, locationem, seu investituram durante, itaut ea finita resolvatur, & evanescent tanquam ex resolutio jure dotoris, juxta regulam textus in l. lex vel legalis de pignor. ut copiose in eadem decisione deducitur.

Verum quicquid sit de dictae decisionis substantia, de qua satis dubitari potest, Tum ex iuris fundamentis, Tum ex aliis circumstantiis, Attamen eadem decisione reuera dicebam, quod cessante jure, & interesse Ecclesiae, quod non potest bona pro se retinere, sed de necessitate illa, uni, vel alteri concedere tenetur, manifeste irritationabilis est huiusmodi praerogativa resoluta, praerogativa creditoribus foveatibus causam onerosam, & contentendos de damno vitando enim gravamine animarum eorum, qui debita contraxerunt, pro sola utilitate proximiorum, vel alicuius de solo lucro contententium.

Ideoque dicebam decisionem praedictam, ac propositiones in ea contentas intelligendas esse, ad effectum ut ipsa bona non remaneant affecta hypotheca, aliique oneribus realibus per emphyteusim adjectis in praerogativa Ecclesiae, & quatenus concernat ipsius jus, & interesse, pro laudemis ejusdem ex causa renovationis praesentandis, quo casu militaret ea unica probabilis ratio in fine dictae decisionis adducta, quod scilicet dari possent casus, quod bona tot tantisque oneribus gravata devolverentur, quod Ecclesia alias neque expediret pro se retinere, neque novum emphyteutum inveniret, qui consuetum laudemium pro renovatione sol-

SUMMARIUM.

- 1. Casus controversus.
2. Vocatio feminae in defectum masculorum in investitura, an censetur per vulgarem tantum.
3. A fideicommissi arguere licet ad emphyteusim, vel feudum.
4. Licet vocetur una filia femina, attamen renovatio post finem investituram debetur pluribus si adsint.
5. Aliud est vocatio ex investitura, aliud renovatio, quae debetur feminis, vel cognatis etiam si investitura sit masculina.
6. Ubi duo requisiti desiderantur filiationis, & hereditatis, unum non sufficit, & sic in mixtis utraque qualitas requiritur.
7. Nisi per heredem sanguinis stet quominus sit heres rei familiaris.
8. Renovatio regulanda est a natura investiturae ad effectum videndi an debeat ratione sanguinis, vel hereditarie qualitate.
9. Quod bona emphyteutica Civitatis Castellae sint hereditaria, vel mixta.
10. Deratione ob quam hac bona emphyteutica, ubi etiam haberent formam pacti, & providentia habere debent qualitate hereditariam.
11. An filia femina habens dotem succedentem loco legitime, dicatur habere qualitate hereditariam.
12. Ex statuto Civitatis Castellae non succedit loco legitime.
13. Declaratur conclusio, de qua n. 7. & 11.
14. Dos est universitas, & respectu particularis respectiva.
15. Idem de feudo quando sit universitas, vel res particularis.
16. Quando una tantum femina succedere potest, & non requiritur qualitas hereditaria succedendi primogenita.
17. Quod successores in bonis emphyteuticis teneantur ad debita defuncti.

DISC. IX.

Juxta superius insinuatam consuetam formulam emphyteuticam Civitatis Castellae, quae formula etiam habetur registrata in Civitate Castellae cor. Meli. dec. 151. p. 9. recent. in princ. Faulus de Libellis investitus fuit ab Episcopo de aliquibus bonis controversis; Cumque ex quatuor, vel quinque filiis masculis, qui fuerunt dicto Faulo superstitibus, nulli superessent descendentes, atque ultimo moriens, ex duabus sororibus Aloysiam natam minorem heredem universalem instituisse, neglecta Camilla natam majorem a patre jam dotata; Hinc orta est controversia, cuiam dicta bona emphyteutica ex lege investiturae debita essent, an scilicet utriusque, itaut numerus singularis investiturae, resolvendus esset in pluralitates, vel potius uni tantum, & cui ex eis, an scilicet Camilla primogenita, vel potius Aloysie secundogenita, ita per ultimi fratris institutionem, reliquam patris hereditatem habenti, unde desuper ex concordii partium sensu pro veritate consultus.

Cum tunc non prodisset pro hac Civitate indultum concessum de an. 1658. per Alex. VII. ad iura illius, quod idem concesserat pro Civitate Perusina, ac alterius concessit per Urb. VIII. pro pluribus Civitatibus, & Dioecibus status Urbini, itaut res esset in ambiguo, & sub disputationibus juris; Pro ratione dubitandi considerabam, an vacatio filiae feminae intelligenda veniret potius per vulgarem, quatenus scilicet ex primo investito nulli superessent filii masculi, vel potius per fideicommissariam, ut eis existentibus, & defectis, femina succederet. Et quamvis occasio non dederit videre locum particularis tractationis huius questionis, Nihilominus mihi probabilis videbatur, vocationem praedictam esse potius per vulgarem, Tum ex regula, quam ex veriori, magisque recepta opinione habemus in substitutionibus, ut sic per vulgarem potius, quam per fideicommissariam ordinatae censentur, itaut facta casu primi gradus, reliqui omnes quamvis plures evanescent, & deducit per Greg. dec. 207. in Bonon. fideicommissi de Pincharis 28. Martii 1659. cor. Priolo, & frequenter in sua materia sub tit. de fideicommissis.

Atque non dato jure specialis, licite a materiis fideicommissariis arguere licet etiam ad materias feudales, quod est magis, quia habent suum jus particulare ex deduct. in Martinen. feudorum de Rangonis sub tit. de feud. disc. 8. Multo magis ad emphyteuticas, quae eodem jure communi regulantur,

resolvere vellet, atque ad hunc effectum dictae decisionis fundamenta bene subsistunt, Non inde tamen inferri potest ad omnimodam bonorum libertatem, quia stant bene simul ipsa bona ex eorum peculiari natura, & qualitate incapacia esse hypothecarum, aliorumque onerum realium, si ve eadem onera necis casibus resolvantur, & tamen consilium esse creditoribus ob eorumdem bonorum transitum faciendum in heredem rei familiaris, qui in actione personali, tanquam ex quasi contractu, teneatur solvere debita ultimi morientis, etiam per coactionem ad vendenda ipsa bona, ut dicitur in eadem pro renovatione soluto, vel solvendo Ecclesiae, utpote omnibus potiore, & privilegiato, testiduum pretii creditoribus liberentur, Ut habemus in feudis mixtis, praesertim Regni Neapolitani, super quibus cerum est, tam ex jure communi feudorum in cap. Imperialem, de prohib. feud. alien. per Federic. quam ex ejusdem Regni jure municipalis in Constitutione incipiens. Constitutum Duce memorie, absque Regio assensu, nec hypothecam, nec aliud onus contrahi posse, & tamen quia successores, quamvis vocatus a lege sanguinis, & investiturae, etiam contra expressum morientis feudatarii iudicium, habere debet qualitate hereditariam, teneatur feudatarii debita solvere, ex bene deductis per Franchium decif. 1. & 704. Fab. de Ann. consil. 4. Marclan. jun. disputat. 27. & alios Regnicolas passim, & frequenter in sua materia, sub tit. de feud. Ideoque stant bene simul, ipsa bona, juxta sensum dictae decisionis, non manere alicui oneri reali obnoxia, neque Ecclesiae praerogativa, ejusque jus, & interesse salvum remanere, & nihilominus creditoribus esse consilium.

Ponderando etiam, ultra dictum absurdum inferendi damnum creditoribus causam onerosam foveatibus pro sola utilitate captantium lucrum alia etiam absurda, & inconvenientia concurrere, illa praesertim quod bonorum possessoris semper decederet sine herede, quod in jure reputatur odiosissimum, ac etiam ablinerent ab aedificiis, plantationibus, & melioramentis, & quod magis est, commercium omnino eis interdictum esset, quia nec dotes uxori bus assecurare, vel filibus, aliique conjunctis constiturere possent, neque in eorum indigentibus pecuniis muras, vel ad censum, seu sub alia specie contractus invenire, unde habitationem deserere cogentur, nec incrementum, vel adeo incommodatam vitam ducerent. Ex quibus de mense Martii 1658. favore Communitatum juxta praemissa a dicta Congregatione julle protulit resolutio per Motum proprium Papae approbata, itaut omnis controversia occasio in futurum cessaverit.

ANNOT. AD DISC. VIII.

Super eisdem bonis Abbatiae Farfen. & natura huiusmodi concessionum videatur deducta in hoc supplemento disc. 62. & 80.

CIVITATIS CASTELLAE EMPHYTEUSIS, Ad petitionem CAMILLE, ET ALOYSIAE SORORUM DE LIBELLIS.

Responsum pro veritate.

De interpretatione investiturae emphyteuticae Civitatis Castellae pro se, filiis, & nepotibus masculis, & in illorum defectum pro una filia, vel nepote, quae a patre habuerit hereditatem; An scilicet importet emphyteusim ex pacto, & providentia, vel potius hereditariam, seu mixtam, Et quoad vocationem filiae feminae, An censetur per vulgarem tantum, quatenus masculi non extent, vel etiam per speciem fideicommissariae, quatenus extent, & deficient.

Et quid si plures filiae feminae adsint, an numerus singularis resolvatur in pluralitates, Et quatenus non resolvatur, cui ex pluribus filiabus debeat successio, vel renovatio; Et an dos a patre data hereditariam qualitate importare dicatur, unde referentur illa verba, quae aliam patris habuerit hereditatem.

velitura istum non capiebat, ipse, seu eius adhuc infantis nomine tutrix renovationem in forma conclusa a domino directo obtinuit; Quia vero prima investitura adhuc durabat in dictis aliis fratribus, idcirco isti praecedentes, ad eos tanquam in investitura comprehensos, bona praedicta spectata, iudicium contra papillum possessorem instituerunt coram A.C. Sed pro pupillo scribens, cum sentu etiam veritatis, iniunctum, ac male fundatam dicebam actionem praetensionem, quia ubi etiam ageretur de illa specie emphyteutis, in qua dominus directus volens pro se retinere, non tenetur renovare, ita ut sitis generationibus poster, & vellet devolutionem petere, Adhuc tamen stante divisione cum promissione evictionis, bona periclavare deberent, sub nomine quidem actionum eorum vita durare ad impediendam devolutionem, ad commodum tamen haereditis, & successores eius, cui talia bona obvenirent, ex dispositione, vel ratione textus in *l. vindicantem ff. de evictio. com. concordan. per Fulgin. de emphyteut. tit. de renunciat. quest. 6.* Quod frequenter habemus in materia renunciationis, quod ea, quorum renunciantur haeres est incapax, retinere dicuntur in persona renunciantis incapax, sed ad commodum, & utilitatem renunciantium, sui successores incapax, & frequentius praediximus in personibus Ecclesiasticis, & habetur etiam pluribus *sub tit. de feud.*

Verum cum in hac facti specie ageretur de emphyteuti de necessitate successoribus renovanda, ita non potest Ecclesia directe pro se retinere, vel si posset, noluerat, dum renovationem in forma conclusa iam concesserat filio ultimi possessoris, idcirco stante dicta divisione, dicebam casum esse indubitatum, quia quando bona feudalia, vel emphyteutica remanent inter plures fratres, vel vocatos indivisa, tunc servatur ordo successione per investituram praescriptam, atque comprehensio in ea excludunt alios non comprehensos, quamvis mortis proximiores, & in aliis bonis indifferenteribus legitimis successores iuxta ea, quae habentur in *Foroliv. disc. 4.*

Sed ubi talia bona ex divisione deveniunt in unum, cuius respectu, ceteri dividentes, utpotè de aliis provisi, se fecerunt extraneos, tunc bona semper continuare debent, vel iure investitura, vel iure renovationis in linea recipientis, neque regrediuntur ad alios vocatos, nisi haec linea totaliter evacuetur, ut bene, & magister aliter firmatur in *Romana domus cor. Sacro. de qua Fulgin. alios colligens tit. de success. ab intestato, quest. 2. num. 18. ex doctrina Mantic. de tacit. lib. 23. tit. 27. num. 17. & ita in alia C. senaten. emphyt. firmavit Rota 15. Martii 1652. coram Melio, dec. 230. nu. 19. & seq. ad fin. part. 11. rec.*

Ideoque dicebam, tunc solum dividendum, utpotè vocatis, successione debent per mortem possessoris, in quem ex divisione bona obveniant, quando successor incapax esset, quod locus fieret vel devolutioni ad favorem domini, vel successioni ad favorem prostris remotiorum ex investitura praeposita ordine venientium, seu renovationi ad favorem sanguinis extranei iuxta casum, de quo *d. disc. 4.* Cum tunc ex verisimili voluntate, tam renunciantis, quam renunciantur casus remaneat extra renunciationem iuxta receptam theoriam Bart. in *l. qui Rome. §. duo Fratres, num. 24. ff. de verb. obligat. de qua habetur dec. 86. par. 3. rec. & in aliis, de quibus in *Donon. bonorum de Campozzi. hoc tit. disc. 53.* Et haec quae apud iudicem vera reputantur, talia etiam ab ipsismet actoribus reputata fuerunt, ita ut liti cesserint abque ulteriori prosecutione, quod sciam.*

Eandem conclusionem respectu bonorum emphyteuticorum deduxi in Rota in una *Arminen. emphyt. pendente. cor. Bevilacqua pro Battaglinis contra Herculeum Bonadratum*, cuius causae principalis controversia erat super puncto renunciationis valide, vel invalide, iuxta seriem, de qua in eadem causa, sub tit. de renunciationibus, sed respectu bonorum emphyteuticorum dicebam, quod ubi etiam non subsisteret, renunciatio Eleonora matris d. Bonadrata, sive quod ea subsisteret, sibi licitum esset venire ex persona propria, adhuc tamen potiora erant jura illorum de Battaglinis ex Eleonora eorum matre, successore Carolo, & aliorum de Benamatis, in quos tanquam masculos feminas excludentes bona obveniant, quia foeminae superstitis ex masculis excludunt feminas transverales alias per masculos exclusas, ex jam dicta ratione lineae admittae iuxta dispositione text. in *cap. 1. in fine. de natura successione feudis*, quem licet loquentem de feudis, adhuc receptum est locum etiam habere in emphyteuti ex deduct. per Fulginat. & Mantic. ubi supra in proximè allegatis decisionibus.

Et ulterius, cum ex feminis superioris gradus per dictos

masculos exclusis, adhuc esset superstes Constantia Mopialis, quae translative renunciationem fecerat eidem Battaglinis, huic solum debuit esse dicebam successione, & ex ejus persona se tueri poterant possessores adversus dict. Bonadratum actorem, utpotè gradu remotiores, tanquam filium Eleonora fororis praedictae, sibi nullatenus suffragante beneficio representationis, alias in bonis indifferenteribus de jure communi competentis, quia in materia emphyteutica receptum est ex magis vera, & communitate sententia, representationem non dari, sed gradus proximitatem per veritatem, non autem per fictionem attendi, ex plenè deductis per Capyc. *Larr. dec. 126. edita in causa Theatina, de qua hoc cod. tit. disc. seq. ac papillus firmavit Rota, praeterim decif. 219. par. 4. diversitate, & ex professo in Urbini. emphyt. 7. Jun. 1647. cor. Ghislerio, dec. 71. par. 10. recentior. & in d. C. senaten. emphyt. 15. Martii 1652. coram Melio, dec. 230. part. 11.* Verum in his punctis non fuit disputatum, cum tota disputatio fuerit super validitate, vel invaliditate renunciationis.

ANNOT. AD DISC. XI.

Videatur ea quae super jure accrescendi in emphyteuti habentur infra in hoc Tit. disc. 66.

THEATINA RENOVATIONIS
EMPHYTEUTICAE
PRO JULIO, ET ANTONIO
DE VALIGNANIS
CUM FRANCISCA ANTONIA
ETIAM DE VALIGNANIS.

Causa extrajudicialiter discussa in Capitulo
S. Petri.

Quando dominus tenetur in vitus renovare, & an renovatio fieri possit adhuc durante investitura, & de emphyteuta ingrato, & de melioramentis, vel expensis litium emphyteuta per dominum reficiendis.


Renovatio etiam potius in concursu debeat, & an agnatus teneatur eam recipere cum conditionibus oblati ab extraneo, vel remotiore.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti seris.
- 2 Renovatio fieri potest adhuc durante investitura de consensu ultimi.
- 3 Secus absque d. consensu, & de ratione.
- 4 Capitulum nunquam moritur, sed semper est unum, & idem, & sponnes Canonici illud constituentis morerunt.
- 5 De renovacione debita proximiori morientis.
- 6 Quis in proposito dicatur proximior.
- 7 Renovatio est species successione, & ideo danda ei, qui esset successurus ex investitura si duraret potius quam successibili.
- 8 Renovatio debetur proximiori cum ejusdem conditionibus ab alio oblati, & sic praelatio in causa.
- 9 Declaratur.
- 10 Emphyteuta ingratus cadit ab omni jure.
- 11 Et ingratus non habet jus petendi renovationem.
- 12 Alia declaratio conclusionis, de qua num. 8. favore meliorantis.
- 13 Quomodo melioramenta, & beneficia in proposito sint consideranda.
- 14 Quando feudatarius, vel emphyteuta refici debent expensilitium, & quia de fidei commissario.

Thomas

Thomas de Valignanis,



D I S C. XII.

Bona, de quibus agitur usque de anno 1705. per Abbatem S. Salvatoris concessa fuerunt in emphyteuticam ad tertiam generationem Thomae sub anno canone scutorum decem, atque usque postmodum Abbati insigni Capitulo Basilice Vaticanae, ab isto de anno 1784. concessa fuerunt Joanni Felici seniori ad tertiam generationem masculinam sub canone ducentorum 20.

Ex dicto Joanne Felice orti fuerunt quinque filii in praefata arbore descripti, ad quorum duos, nempe Camillum, & Jo. Fel. em. jun. in divisione obvenierunt, de quoque Camillo superstitibus tantum siliabus, silius portio devenit in Joannem Felicem, excluso Julio Scipionis praedicti filio, ex motivo cessantis representationis in emphyteuti, ut constat apud Capyc. *Larr. dec. 126. lib. 2. in ista causa edita, ubi late tractatur materia representationis non admittenda in emphyteuti.*

Effectus Joannes Felix junior dominus dictorum bonorum per annos duodecim ante mortem, negare cepit dominium Capituli, tam per actus negativos non solutionis canonis, quam per positivos introducenti exercitium jurisdictionis, & curandi bona reputari feudalia sub dominio Principis secularis; Et quamvis Capitulum contra eum in Regis tribunalibus litem suscepisset, eam tamen, vel prosequi non fuit, vel sperare non potuit.

Sequitur praefat. Jo. Felicis obitu, superstiti Franciscam Antonia filia, cum successio in dictis bonis, iuxta legem investiturae, aperta esset Julio unico superstiti masculo ex tertia generatione Joannis Felicis senioris primi acquitenciam, negavit Capituli dominium, & emphyteuticam qualitatem, substituendo bona esse feudum laicale, unde annorum novem cum magna Regis tribunalibus spatio declarari bona esse allodialia, & successivè de dominio Capituli canonizati.

In hoc facta terminante investitura cum vita dicti Julii Antonius Julii filius pro renovatione, cum augmento canonis ad scuta 50. cui se opposuit dicta Franciscam Antonia, peccabat utrumque, cuius tam ex lege rigorosa justitia, quam ex lege convenientiae, honestatis, & Ecclesiasticae pietatis dicta concessio facienda esset; Et pro Antonio dicebam duraret, quia de consensu ultimi investiti, rectè fieri potest *1. vers. sed ille, cum successores feudum dare teneantur, cap. 1. §. omnibus, ff. de feud. sicuti controvers. inter Dominum, & Pafall. Bald. cons. 437. num. 6. lib. 2. bene Rota in Callien. bonorum 24. Januarii 1648. cor. Melio, §. neque obstat circa finem, dec. 143. par. 10. rec.*

Atque in hoc diserte dicebam Antonium, & Franciscam poterat ex nunc fieri renovatio, quo tamen fieri non posset quae non ex radione in hujusmodi preventi vis concessionebus non datur in Capitulo, cum semper sit unum, & idem, etiam si citur habere successorem, quia nunquam moritur, ut optime *Bald. d. cons. 431. n. 7. Calderin. cons. 21. de prebend. Merl. dec. 662. n. 65.*

Sed ex alia viva ratione, quod cum Ecclesia nolente pro se retinere, renovatio ex lege justitiae debita sit proximiori, ut infra, idcirco ista proximitas attendenda est de tempore *Card. de Luca, Lib. IV.*

mortis ultimi investiti, cui fieret injuria concedendi ipso invito renovationem alteri, quia potest interim alterum habere proximiorum, cui pariter injuria, & praedictum fieret, juxta terminos text. in *l. cum pater, §. a filii, ff. de leg. 2. ubi Bart. Alberic. Jo. de Imol. & ceteri Roman. cons. 452. per tot. Molin. de primogenit. lib. 2. cap. 2. num. 23. & seq. plenè Rota dec. 263. num. 1. & seq. part. 1. recent. Et sic rectè agi poterat de concessione Antonii habentis dictam consensum, non autem de illa adversaria, quia non adhuc venerat casus devolutionis.*

Verum etiam si casus evenisset, adhuc Antonio rejecta penitus dicta oppositrici facienda veniebat concessio de ratione justitiae, quia ubi Ecclesia non vult, vel ex consuetudine non potest pro se retinere, & non agitur de emphyteuti haereditaria, sed ex pacto, & providentia, renovatio facienda est proximiori, qui alias potest appellare, ac petere per iudicem ex justitia sibi faciendam esse, gloss. *in l. 1. §. permittitur, ff. de aqua quodam, & alia, Gabr. de jure emphyt. conclus. 1. num. 1. Marefcot. lib. 1. var. cap. 3. nu. 7. & seq. Fulgin. de emphyt. tit. de renovat. quest. 1. numer. 1. & seq. qui alios ad satisfactum cumulant Rota dec. 60. part. 5. recent. d. Callien. bonorum 8. Aprilis 1647. & 24. Januarii 1648. Melio 46. & 143. part. 10. recent. & papillus, qui est hodie propositio plena, de qua ex professo in *Forolivien. hoc cod. tit. disc. 3.**

Proximior autem dicitur ille, qui magis approximatur ultimo investito, per cujus deficientiam expirat investitura, Gabr. ubi sup. n. 27. Marefcot. d. c. 3. n. 28. Fulgin. d. g. 1. nu. 51. & tit. de success. in bon. emphyt. q. 2. n. 9. & 10. cum aliis in *d. Forolivien.* Unde cum ultimus investitus sit Julius, cujus Antonius est filius, oppositrix verò esset consobrina distans quarto gradu civili per transversum, proximitas Antonii erat indubitata.

Quinimo etiam si essent in pari gradu proximitatis, cum emphyteuti esset masculina, solus sexus vincere debebat, quia foemina hujusmodi renovationem unquam sperare possunt, nisi in totalem defectum masculorum, ut plenè in *d. Bis Callien. coram Melio*, ubi concordantes, quia est propositio indubitata, renovatio enim est species successione ideo danda eis, qui essent successuri, ex deductis in *d. Forolivien. disc. 3.*

Neque obstat dicebam unicum obiectum, quod hujusmodi jus petendi renovationem competere proximiori cum illis conditionibus, quae requiruntur a remotiore, vel ab extraneo, Gabr. d. conclus. 1. n. 28. Marefcot. d. cap. 3. nu. 24. Fulgin. de renovat. d. quest. 1. n. 53. & tit. de contr. emphyt. q. 22. num. 25. & seq. bene dec. 360. part. 1. diver. num. 5. per tot. dec. 201. n. 34. par. 7. rec. & in aliis. Unde cum dicta oppositrix offerret canonem scutorum 75. & solutionem omnium canonum decursum, videbatur contentus Antonio deberi praedictam, quatenus eadem conditiones offerret; Hoc enim obiectum tolli dicebam ex pluribus, quorum unum sufficiebat habere substantiam, cum tamen omnia subsistere viderentur.

Primò, quia id procedit in illis oblationibus, quae bona fide, ac pro solo motivo justitiae commutative sunt per extraneum, non autem quae ab inimico fiunt ad emulationem, & vindictam, quia cum Ecclesia sit cultrix, & mater justitiae, curare debet suam justam, & rationabilem utilitatem, ne laedatur, non autem fovere emulationes, & vindictas, Caroc. *casu, seu decif. 99. Ration. de reb. Eccles. non alien. quest. 20. num. 7. Quarant. in summa Bullar. verbo alienatio rerum Ecclesiae, sub n. 11. Fulgin. de emphyt. tit. de contr. emphyt. q. 22. n. 31.* Evidens autem, ac indubitata erat causa odii, & vindictae ob accerrimam, ac longevam litem interitatis partes habitam, ut supra.

Secundò quia emphyteuta ignoratus negans dominium sui auctoris, & benefactoris, cadit ab omni jure, atque indignus est quacumque seu componendam propriam indignitatem, quam ex bona fide, ac faciendam Ecclesiae utilitatem, ideoque hujusmodi vassallos, qui legaliter loquendo, tanquam fellores, & ingrati redduntur indigni gratias, & beneficiis domini, admittendos non esse dicebam in *num. 10.*

Major autem canonis oblatio per dictam oppositricem erat potius ad supplantandum, seu componendam propriam indignitatem, quam ex bona fide, ac faciendam Ecclesiae utilitatem, ideoque hujusmodi vassallos, qui legaliter loquendo, tanquam fellores, & ingrati redduntur indigni gratias, & beneficiis domini, admittendos non esse dicebam in *num. 10.*

concurfus fidelis, & grati cum solo motivo augmenti cano-

nis. Atque ut historice, & traditiones docent, per Sedem Apo-

stolicam rejecta fuerunt maiores, ac etiam excessive obla-

tionis facte per Conradum, & Manfredum fellones; Ec-

clesia dominium in Regno Sicilie citra Pharus negantes; sed cum longum esset praestatio concessa fuit investitura

Carolo Andegavensi, cum pluribus utilibus, quae deducit potuissent, nisi alia tunc premerent, consuetam temporis penuriam in Advocatis Curiae producentia.

Tertio clarius, quia conclusio praedicta, ut agnatus petens renovationem teneatur offerre idem, quod ab alio reperitur, cessat ubi emphyteutae praedecessores, quorum successores petunt renovationem, bona meliorarunt, vel alias bonificaverunt, quia tunc habenda est ratio melioramentorum, & beneficiorum, atque ipsorum aestimatione considerata regulanda est proportio utilitatis, ideoque tali casu non debet aequalis esse conditio agnati, & extranei, Ripain l. i. num. 13. & 14. ff. de privileg. credit. Gabr. de jur. emphyt. dist. conclus. 1. num. 28. Fulg. de contrah. emphyt. quest. 9. num. 9. & 11. de renovat. quest. 1. numer. 54. Rot. d. dec. 360. n. 5. & 6. par. 2. diver. ubi solum limitatur, nisi dominus offerat solvere aestimationem beneficij, vel melioramentorum; Quinimo neque tali casu posse Ecclesiam pro se retinere, sed debere renovare de necessitate firmavit Rot. in Persina bonorum 9. Maii 1653. cor. Mellio, §. praeterea, ubi concordantes.

Melioramenta vero, & beneficia in proposito consideranda, non dicuntur solum ea, quae consistunt in reductione rei sterilibus ad culturam, & fertilitatem, sive in plantationibus, & aedificiis, quae multa supponebantur facta per majores Antonii, ita ut status bonorum esset notabiliter immutatus, sed etiam illa, quae consistunt in expensis litium factis pro eorum-tunc bonorum recuperatione, vel defensione, ab illis, qui occupare volebant, cum perpetuo domini praedicti, prout erat in casu, in quo his substantata per Julium respiciat perpetuam domini utilitatem super statu bonorum, & Capituli dominio, quod contra vertebatur ab eadem oppositrice, ejusque auctore, & Filio Regio contententibus de istorum bonorum feudaltate.

In ea enim questione, quam in fideicommissario, marito, & aliis similibus tradant Doctores, super repetitione expensarum in litibus, quicquid aliqui variant, ea est communis, & recepta distinctio, quod aut lites fuerunt super pertinentia, & prelatione inter plures ex eadem investitura, vel dispositione venientes, & inter eos contententes, & quia lites non percipiunt substantiam fideicommissi, sive dominium, & perpetuam utilitatem domini, hujusmodi litium impense non reperiuntur.

Aut lites fuerunt circa ipsorum bonorum statum, & substantiam, ita ut malus litium eventus equaliter domino directo, vel fideicommissi perpetuum praedictum, & contra bonum eventus causaliter perpetuam utilitatem, Et tunc nisi agatur de levibus, & modicis impensis commodè cum fructibus supportandis, veniunt appellacione melioramentorum, & sunt rescindenda, Molina de primogen. lib. 1. cap. 27. num. 11. Garz. de expen. cap. 16. nu. 36. Rosenthal. de feud. cap. 10. & 24. Salgad. in labyri. p. 3. cap. 9. num. 17. Greg. dec. 197. n. 2. & seq. Ad. ad Burat. dec. 401. n. 17. Romana fideicom. seu Savonari 23. Junii 1653. coram Albergo, & in aliis frequent.

Et sic Julius, vel ejus haeredes in casu devolutionis, justè praetendere poterant magnas expensas in summa plurium millium scut. passas, & patendas in gravissima & diuturna lite substantata cum Regio Filio, & oppositrice, ejusque auctore, non super sua pertinentia, & prelatione, sed super substantia emphyteutis, & qualitate bonorum, quae per Filium, & adversariam, negato Capituli dominio, praedebantur feudalia.

Hinc propterea, neglectis etiam omnibus rationibus congruentiae, & gratitudinis, atque attenta solum stricta ratione utilitatis, & majoris interesse, indubitatum esse insinabam, magis expedire Capitulo facere renovationem Antonio de consensu Julii propterea remittentis dictas expensas, quam facere novam concessionem alteri petenti cum solo argumento sc. 25. quod utique preponderare non poterat oneri rescissionis dictarum expensarum.

Neque in dicta utilitate metienda, modo aliquo habenda erat ratio oblationis, quam dicta oppositrix faciebat solvendi canones decursos, quia cum ipsa, ejusque pater, ejus eadem erat haeres, possederit bona, & fructus perciperint, remanebant canonum debitores certi, & indubitati, ac

propterea offerrebat id, quod debebat, & ad ejus solutionem etiam sine investitura urgeri poterat, ita ut iposito puncto feudalitatis, Capitulum potest facillime eas recuperare; Nec aliquam legalem, vel naturalem rationem subesse dicebam, quae suaderet, ut extraneo offerente domino directo solutionem propti debui, agnatus petens renovationem esset obligatus offerre illud idem, quod ab alio inventur volente solvere debuit proprium, quia oblationis utilitas non provenit ab investitura, cum sine illa adhuc debitum extet, & solvi debeat.

Ex his constare dicebam, quod ex stricta ratione iustitiae, & cum evidenti Ecclesiae utilitate, magis congrua videbatur oblatio Antonii cum canone scut. 50. quam oppositricis cum illo sc. 75. Multo magis accedentibus aliis rationibus gratitudinis, honestatis, & congruentiae, quae relinquebantur pensanda, pietatis, ac summae Religioni Capituli, & juxta praemissa, discussio negotii inter ipsos Canonicos, inter quos plures aderant Juris Consulti insignes, capta fuit resolutio Antonio favorabilis executioni demandata.

ANNOTAT. AD DISC. XII.

Agitur de eadem materia renovationis, de qua supra disc. 3. & seq. ideoque videatur in eisdem locis ibidem insinuatis.

Agitur etiam de melioramentis, super quibus videantur deducta infra disc. 63. 71. & seq. & disc. 27. de Feud.

ROMANA CASALIS VETERIS

PRO PRINCIPISSA RUCCELLÆ DIANA VICTORIA


CUM MONASTERIO S. PETRI AD VINCULA

Casus decisus per Rotam pro Monasterio, postea scriptus per concordiam.

Facta concessione emphyteutica ad tertiam generationem masculinam, An talis concessio convenire possit filiae feminae utpote descendenti a masculo, ita ut verbum generationis masculinae sufficiat verificari in persona generante, quamvis non verificetur in persona generata, vel potius in utraque generatione activa, & passiva requiratur qualitas masculina.

SUMMARIUM.

- 1 Facti series.
2 Verbum generationis masculinae duplicem habet significationem activam, & passivam.
3 Quod verbum generatio masculina possit convenire feminae.
4 Quilibet duas constituit generationes, unam masculinam, alteram femininam, & quomodo.
5 Declaratur opinio volentium sub generatione masculina non venire feminas.
6 Ex quibus contractus censeri debeat potius locationis, quam emphyteutis.
7 Resolutio casus, & de ejus ratione.
8 Usus loquentis satis attendendus pro regulanda voluntate.
9 Non implicat esse locationem, & restrictam ad solos masculos.



DISC. XIII.

DE anno 1564. Monasterium Canonicorum Regularium S. Petri ad Vincula concessit Jo: Baptista Victorio quoddam casale, quod casale vetus nuncupatur, atque super concessione prius inita fuerunt capitula lingua materna,

na, in quibus dicitur concedi a tertia generatione masculina communiando da tutti i suoi figliuoli, Super quibus capitulis deinde confectum est publicum instrumentum, in cuius proemio narratur convenit fuisse de concessione faciendae d. Jo: Baptiste pro filijs suis, & ad tertiam eorum generationem, quae verba repetuntur etiam in dispositiva.

Chim autem omnibus masculis defectis, fuisset solum superstes Diana dicti Joannis Baptiste ex Horatio filio neptis tanquam haeres Marci Antonii ultimi deficientis dicti Casalis posseditrix, contra istam Monasterium iudicium instituit in Rota super devolutione ob finitas generationes masculinas, Et assumpta desuper disputatione coram Albergo, Ego, & ceteri pro dicta Principissa Diana scribentes dicebamus, verbale nomen generationis abstractè sumptum duplicem habere significationem, activam scilicet, & passivam, ac utriusque posse convenire. Unde sub dicto vocabulo generationis masculinae redè venire potest femina, utpote in qua patris cum generantis persona praesentatur juxta theoricam Bald. in l. cum accusasti, C. de fideicom. praesertim dum non agitur de filia primi acquirentis, in quo concurrit solum masculina generatio activa, sed de nepte ex filio, unde tam activa, quam passiva concurrere dicitur, activa scilicet in acquirente, qui est generans, & passiva in filio qui est generatus, unde qualitas generationis masculinae, jam in primo successore verificata, & impressa, insit in omnes ab hoc descendentes, sive sint masculi, sive sint feminae, quia omnes sunt generatio masculina, seu de hujusmodi generatione primi acquirentis, ad quod tale verbum directam est, ut ita distinguendo inter filiam primi acquirentis, & nepem ex filio probantur glof. in leg. Gallus, §. nunc de lege, verb. nam, & §. de liberis, & posthumis, ubi Bald. Alex. nu. 3. Castren. num. 4. lat. num. 10. idem Alex. conf. 23. num. 40. lib. 5. & conf. 53. lib. 6. n. 9. Cephal. conf. 413. nu. 23. & seq. Paris. conf. 40. ex n. 40. lib. 2. Menoch. conf. 379. n. 2. & 635. num. 8. Peregr. conf. 50. num. 1. lib. 3. & dec. 4. num. 2. Et in terminis nostris imò fortioribus Capr. conf. 82. numer. 82. & seq. Mantica. de iac. lib. 22. tit. 15. numer. 16. Fulg. de emphyt. tit. de success. quest. 11. nu. 1. in fin. Mantica. dec. 223. nu. 10. Rot. in Bonon. bonorum 14. Januarii 1607. coram Jusso, & dec. 420. n. 14. par. 4. recent. tom. 2. & 737. n. 10. & 11. par. 4. tom. 3. in quibus praesertim in d. Bonon. cor. Jusso, declaratur, quod Castren. in l. f. maritus, de procur. loquitur de filia stipulatoris, non de nepte ex filio mascolo.

Idque Ego praeritum, inconvincibili ratione probari dicebam, ex eo quod quilibet persona duas tantum constituit generationes ab ejus filijs inchoandas, seu regulandas, Unam nempe a filijs masculis, quae dicitur masculina, Alteram a feminis, quae dicitur feminina, quae generationes filii addo inter se oppositae, ut abolutè in eis procedatur argumentum a contrario sensu, tam affirmativè, quam negativè, ut egregiè Paul. de Castl. conf. 91. num. 4. in fine. l. h. 2. cuius traditio in proposito videtur magistralis. Unde cum Joannes Baptista acquirens duos habuisset filios, Horatium nempe masculum, & Victoriam feminam, unus constituit generationem masculinam, altera vero femininam. Et consequenter impossibile dicebam dictae Dianae convenire non debere qualitem generationis masculinae, cum ista cessante opus esset illam dicere de generatione feminina, quod ei convenire non poterat, dum descendebat, non a Victoria femina, sed ab Horatio mascolo.

Unde subjungebam, traditionem Castl. conf. 307. lib. 2. sub num. 1. Corn. conf. 190. lib. 3. Gratian. disceptat. 295. nu. 2. & 3. & aliorum, qui in contrarium deducebantur ad probandum hoc verbum generationis masculinae non convenire feminis, intelligendum esse, vel in concursu masculinorum, vel in filia stipulatoris, vel demum ubi alia verba, seu conjedura, & indicia concurrerent, ex quibus desumi posset, voluntatem partium fuisse, sub dicto vocabulo generationis explicare ipsas singulares personas succedere debentes, ut scilicet masculinam qualitem habebant, in quibus terminis procedere dicebam Gratianum, ubi supra, in cuius casu concurreret dictio tantum, prout etiam erat in voto Cantucci, par. 2. d. ut in specie explicatur per eandem Rotam dec. 737. nu. 4. par. 4. recent. tom. 3.

Ac fortius praemissa procedere, omnes pro hac parte scribentes dicebamus, quia superius allegati, & ceteri contrarium in femininarum exclusionem tenentes, loquuntur in terminis emphyteutis Ecclesiasticis, innixi praesertim contractus peculiari naturae, regulariter juxta aliquorum opinionem solis masculis convenientes, sive quod tanquam contractus stricti juris strictissimè sit intelligendus, ut constat praesertim ex Gratiano, & ex voto Cantucci, ubi

supra, ideoque tales auctoritates in praesenti ob stare non videbantur, cum ageretur, non de contractu emphyteutico, sed de illo locationis, largius, & benignius intelligendo, ut in specie ita distinguendo bene firmatur dicto disc. 737. part. 4. tom. 3. & 110. num. 7. part. 6. Tum ob quantitatem canonis ad mensuram fructuum, ex deductis apud Burat. dec. 334. num. 1. dicta dec. 110. part. 6. & in aliis, de quibus in Roman. Casalis Mediae via, hoc eod. disc. 30. Ac etiam ex modo solvendi canonem, seu responsonem in pluribus paginis ad formam locationis, ut ponderatur apud Burat. d. dec. 334. n. 7. in fin.

Proposita causa sub die 5. Maii 1653. prodit resolutio pro Monasterio, ex eo fundamento, quod cum concessum esset ad tertiam generationem masculinam, convenire non posset, nisi masculis sub dicto vocabulo solum venientibus ex auctoritatibus Castren. Cornei, Gratiani, & aliorum, de quibus supra, cum aliis copiose deductis in decisione desuper edita, post cuius editionem habito ex hac parte succumbente congressu Advocatorum pro directione, vel pro consilio, an expediret amplecti quandam honestam concordiam pro parte Monasterii oblatam circa remissionem fructuum, & aliasque conditiones, Ego sui in sensu cum ceteri adhererent, dictam concordiam amplectendum esse, ut sequutum fuit, unde causa finem habuit.

Quamvis enim decisio non satisfaceret nostris fundamentis, dictisque distinctionibus, & auctoritatibus, quae in stricta juris censura urgere videbantur, unde propterea aliquid ex hujus partis defensoribus mordicus insistebat super defensionis prosecutione, attamen mihi ad veritatem reflectentis difficultatem non levem inferebar communis usus loquentis inspectato nostro materno italico idiomate in quo concepta erant capitula potius attendenda, quam instrumentum, ex iis quae habentur in alia disputatione habita in hac eadem causa disc. seq. Ista enim loquutione atrenta non intrant philosophice distinctiones, ac subtilitates juristarum super cortice verborum, ac super eo an adesset dictio, ut, vel ab, seu alia dictiones, de, vel ex, & similes, quae apud allegatos considerari solent, ac etiam advertitur in decisione, Ista siquidem videntur pro meo sensu species iudaismi, Ista si grammaticorum, quoniam cum questio sit voluntatis, istius substantia semper, ac primario attendenda est, ex communi usu loquenti nimium regulanda ex deductis per Rotam dec. 135. num. 4. & 5. part. 10. recent. ubi allegantur Ancharan. Felin. Mantica, & ceteri, & praesertim magistralis doctrina Bart. in l. omnes populi, nu. 58. ff. de just. & jur. quod usus loquentis omni regulæ, omnique constitutioni derogat, & praevalet.

Neglexit autem Rota, & meritò, assumere inspectionem super natura contractus, & an ageretur de emphyteusi, vel locatione, quoniam si damus voluntatem restringendi concessionem ad solas generationes masculinas per veritatem, ut communis usus loquentis italico idiomate probabilis importare dicitur, nil refert esse unum, vel alterum contractum, quoniam non implicat esse locationem ita cum ista, vel alia lege aliàs de iure sub isto contractu non cadente qualificatam, ut apud Seraph. dec. 868. Oriob. dec. 42. & in aliis. Ideoque mihi pro succumbente scribenti, reflectendo ad veritatem placuit resolutio, quamvis ejus rationes non omnino satisfacerent, dum vera ratio pro meo iudicio consistere videbatur in dicta substantia veritatis potius quam in dictionibus, ac formulis verborum instrumenti.

supra, ideoque tales auctoritates in praesenti ob stare non videbantur, cum ageretur, non de contractu emphyteutico, sed de illo locationis, largius, & benignius intelligendo, ut in specie ita distinguendo bene firmatur dicto disc. 737. part. 4. tom. 3.

Quod autem ageretur de contractu locationis magis, quam emphyteutis, constare dicebatur, Tum quia partes utuntur verbo locationis, unde talis censendus est contractus, qualem partes denominarunt, ut dicta dec. 737. n. 5. 6. part. 4. tom. 3. & 110. num. 7. part. 6. Tum ob quantitatem canonis ad mensuram fructuum, ex deductis apud Burat. dec. 334. num. 1. dicta dec. 110. part. 6. & in aliis, de quibus in Roman. Casalis Mediae via, hoc eod. disc. 30. Ac etiam ex modo solvendi canonem, seu responsonem in pluribus paginis ad formam locationis, ut ponderatur apud Burat. d. dec. 334. n. 7. in fin.

Proposita causa sub die 5. Maii 1653. prodit resolutio pro Monasterio, ex eo fundamento, quod cum concessum esset ad tertiam generationem masculinam, convenire non posset, nisi masculis sub dicto vocabulo solum venientibus ex auctoritatibus Castren. Cornei, Gratiani, & aliorum, de quibus supra, cum aliis copiose deductis in decisione desuper edita, post cuius editionem habito ex hac parte succumbente congressu Advocatorum pro directione, vel pro consilio, an expediret amplecti quandam honestam concordiam pro parte Monasterii oblatam circa remissionem fructuum, & aliasque conditiones, Ego sui in sensu cum ceteri adhererent, dictam concordiam amplectendum esse, ut sequutum fuit, unde causa finem habuit.

Quamvis enim decisio non satisfaceret nostris fundamentis, dictisque distinctionibus, & auctoritatibus, quae in stricta juris censura urgere videbantur, unde propterea aliquid ex hujus partis defensoribus mordicus insistebat super defensionis prosecutione, attamen mihi ad veritatem reflectentis difficultatem non levem inferebar communis usus loquentis inspectato nostro materno italico idiomate in quo concepta erant capitula potius attendenda, quam instrumentum, ex iis quae habentur in alia disputatione habita in hac eadem causa disc. seq. Ista enim loquutione atrenta non intrant philosophice distinctiones, ac subtilitates juristarum super cortice verborum, ac super eo an adesset dictio, ut, vel ab, seu alia dictiones, de, vel ex, & similes, quae apud allegatos considerari solent, ac etiam advertitur in decisione, Ista siquidem videntur pro meo sensu species iudaismi, Ista si grammaticorum, quoniam cum questio sit voluntatis, istius substantia semper, ac primario attendenda est, ex communi usu loquenti nimium regulanda ex deductis per Rotam dec. 135. num. 4. & 5. part. 10. recent. ubi allegantur Ancharan. Felin. Mantica, & ceteri, & praesertim magistralis doctrina Bart. in l. omnes populi, nu. 58. ff. de just. & jur. quod usus loquentis omni regulæ, omnique constitutioni derogat, & praevalet.

Neglexit autem Rota, & meritò, assumere inspectionem super natura contractus, & an ageretur de emphyteusi, vel locatione, quoniam si damus voluntatem restringendi concessionem ad solas generationes masculinas per veritatem, ut communis usus loquentis italico idiomate probabilis importare dicitur, nil refert esse unum, vel alterum contractum, quoniam non implicat esse locationem ita cum ista, vel alia lege aliàs de iure sub isto contractu non cadente qualificatam, ut apud Seraph. dec. 868. Oriob. dec. 42. & in aliis. Ideoque mihi pro succumbente scribenti, reflectendo ad veritatem placuit resolutio, quamvis ejus rationes non omnino satisfacerent, dum vera ratio pro meo iudicio consistere videbatur in dicta substantia veritatis potius quam in dictionibus, ac formulis verborum instrumenti.

Neglexit autem Rota, & meritò, assumere inspectionem super natura contractus, & an ageretur de emphyteusi, vel locatione, quoniam si damus voluntatem restringendi concessionem ad solas generationes masculinas per veritatem, ut communis usus loquentis italico idiomate probabilis importare dicitur, nil refert esse unum, vel alterum contractum, quoniam non implicat esse locationem ita cum ista, vel alia lege aliàs de iure sub isto contractu non cadente qualificatam, ut apud Seraph. dec. 868. Oriob. dec. 42. & in aliis. Ideoque mihi pro succumbente scribenti, reflectendo ad veritatem placuit resolutio, quamvis ejus rationes non omnino satisfacerent, dum vera ratio pro meo iudicio consistere videbatur in dicta substantia veritatis potius quam in dictionibus, ac formulis verborum instrumenti.

Neglexit autem Rota, & meritò, assumere inspectionem super natura contractus, & an ageretur de emphyteusi, vel locatione, quoniam si damus voluntatem restringendi concessionem ad solas generationes masculinas per veritatem, ut communis usus loquentis italico idiomate probabilis importare dicitur, nil refert esse unum, vel alterum contractum, quoniam non implicat esse locationem ita cum ista, vel alia lege aliàs de iure sub isto contractu non cadente qualificatam, ut apud Seraph. dec. 868. Oriob. dec. 42. & in aliis. Ideoque mihi pro succumbente scribenti, reflectendo ad veritatem placuit resolutio, quamvis ejus rationes non omnino satisfacerent, dum vera ratio pro meo iudicio consistere videbatur in dicta substantia veritatis potius quam in dictionibus, ac formulis verborum instrumenti.

ANNOT. AD DISC. XIII. & XIV.

Super casu, de quo disc. 13. aliud sequutum non fuit, atque de puncto ibi disputato, an sub illis de generatione masculina veniant feminae progenitae a masculis, agitur forte latius disc. 30. de jure patron. & sub tit. de fideicommiss. disc. 48.

Super altero autem casu, de quo disc. 14. cum Carolus unus ex duobus enunciatis fratribus de Robertis ad Cardinalitiam dignitatem evectus esset, reassumendo causam, quae jam reputabatur finita, & mortua cum duabus ibi enunciatis decisionibus, quae sunt impressae part. 12. recent. dec. 34. & 402. obtinuit recessum a decis. coram cod. Alberg. sub diebus 13. Maii 1671. 15. Januarii, & 18. Martii 1672. atque ad normam trium decisionum lata sententia, cum causa commissa esset, appellatione remota, obtinuit possess.